
MBurg. sculp.



MBurg. sculp.

ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ ΧΑΙΡΩΝΕΩΣ

ΒΙΒΛΙΟΝ

Πῶς δεῖ τὸν νέον Ποιημάτων ἀκούειν.

ΚΑΙ


ΒΑΣΙΛΕΙΟΥ ΜΕΓΑΛΟΥ

ΟΜΙΛΙΑ ΠΡΟΣ ΝΕΟΥΣ

Ὅπως ἂν ἐξ Ἑλληνικῶν ὠφελοῖντο λόγων.

Cum Interpretatione *Hugonis Grotii.*

VARIANTES LECTIONES & NOTAS adjecit
Johannes Potter A. B.



Ἐκ ΘΕΑΤΡΟΥ ἐν ΟΞΟΝΙΑ.

Ἔτει θεογονίας αχϟδ.

Imprimatur

HENR. ALDRICH

Vice-Can. *Oxon.*

Jan. 1. $169\frac{3}{4}$.

LECTORI ΦΙΛΕΛΛΗΝΙ
S.

JAMPRIDEM constitueram, Amice Lector, ut *Lycophronem* in publicum emitterem, à me notis illustratum, & ex Codice MS. quem *Bibliotheca Bodleiana* suppeditavit, emendatum: sed cum eruditi quidam Viri Scholiastem Græcum una edendum censerent, & ipse temporis angustiis interclusus essem; incœpti operis curam aliquantisper deponere, aut saltem remittere coactus sum; quam tamen resumere decrevi, ut primum idoneam opportunitatem nactus fuero. Interea temporis, ut in *Lycophronis*, aliorumque Poëtarum lectione maximo cum fructu versari possis, duos tibi *libellos* elegantissimos exhibeo; ad quos, tanquam Lydios lapides, exigenda sunt Poëtarum carmina; nam adversus horum fascinum ex *Plutarcho* h. e. Philosopho, adversus autem philosophi deliria ex *Basilio* h. e. Theologo paratum habes remedium: sicut enim à Poëtica ad Philosophiam, ita à Philosophia ad Theologiam provocandum est; & quæ hujus examen subierunt, ea demum rata habeantur. Cæterum in utroque edendo nihil prius habui aut antiquius, quam ut integri & emaculati prodirent: cum vero scirem continuas orationes fastidium .. legentibus movere; totum opus in sectiones, quam potui brevissimas, distinxi: & quo Te cumulatius demererer, Variantes Lectiones & Notas quasdam adjeci: *Grotium* denique utrique comitem individuum adjunxi. Habes editionis hujus rationem, ex qua si quod emolumentum

 lumentum

lumentum ceperis, totum id, quantumcunque fuerit, quod utinam futurum eſſet maximum, totum, inquam, debes eximio Viro *Arturo Charletto*, cujus hortatu ſuſcepta eſt; Viro inter præcipua *Oxoniæ* noſtræ ornamenta memorando, tam impenſe colit ſtudia, ſtudioſos amat, fovet, provehit. Sicubi vero erratum fuerit, ignorantiæ meæ, vel fortaſſe etiam deſidiæ veniam peto: nec ſum profecto tam immodicus mei æſtimator, ut meorum quicquam, hac præſertim vixdum juvenili ætate, ſine venia placere poſſe putem, aut ſperem; quam tamen ipſa ætas facile impetrabit, nam (ſi *Euripidi* fides habenda ſit)

--- χρὴ συγγνώμην ἔχειν·

Εἴ τις γ' ὑφ' ἥβης σπλάγχνον ἔντονον φέρων

Μάταια βάζει. -----

Quod ſi te hac vice propitium expertus fuero, alia poſthac & emendatiora expectare poſſis. Vale.

Datum 3. Id. *Jan.*
A. D. $169\frac{3}{4}$.

ΠΛΟΥ-

ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ ΧΑΙΡΩΝΕΩΣ

ΒΙΒΛΙΟΝ

Πῶς δεῖ τὸ νέον Ποιημάτων ἀκούειν.

PLUTARCHI CHÆRONENSIS

LIBER

Quomodo Juveni Audienda sint Poemata.

ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ *ΧΑΙΡΩΝΕΩΣ

ΒΙΒΛΙΟΝ

ΠΩΣ ΔΕΙ ΤΟΝ ΝΕΟΝ ΠΟΙΗΜΑΤΩΝ ΑΚΟΥΕΙΝ.

*Εἰ μὲν, ὡς Φιλόξενος ὁ ποιητὴς ἔλεγεν, ὦ Μάρκε *Σήδατε, τῶν κρεῶν τὰ μὴ κρέα ἥδιστά ἐστι, καὶ τῶν ἰχθύων οἱ μὴ ἰχθύες, ἐκείνοις ἀποφαίνεσθαι παρῶμεν οἷς ὁ Κάτων ἔφη τῆς καρδίας τὴν ὑπερῴαν εὐαισθητοτέραν ὑπάρχειν. ὅτι δὲ τῶν ἐν φιλοσοφίᾳ λεγομένων οἱ σφόδρα νέοι τοῖς μὴ δοκοῦσι φιλοσόφως *μηδὲ ἀπὸ σπουδῆς ἄγεσθαι, χαίρουσι μᾶλλον, καὶ παρέχουσιν ὑπηκόους ἑαυτοὺς καὶ χειροήθεις, δῆλόν ἐστιν ἡμῖν. οὐ γὰρ μόνον τὰ Αἰσώπεια μυθάρια καὶ τὰς ποιητικὰς *ὑποθέσεις, καὶ τὸν Ἄβαριν

τὸν

PLUTARCHI CHÆRONENSIS

LIBER

Quomodo Juveni Audienda sint Poemata.

VERUMNE ſit quod à Philoxeno poëta ſcriptum eſt, Marce Sedate, carnium ſuaviores eſſe quæ minus ſunt carnes, & piſcium qui minus ſunt piſces, illi viderint quos Cato dicebat palato quam corde magis ſapere. Hoc certe nobis liquet, eos qui valde ſunt juvenes illis de ſapientia ſermonibus magis delectari magiſque ſe tractabiles ac morigeros præbere qui ſpeciem ſapientiæ & curæ exactioris minus præferunt. Ideoque, commoveri eos & quaſi afflari videas non modo cum Æſopicas fabellas & poëtica figmenta & Heraclidæ Abarin &

Lycona

τὸν Ἡρακλείδου, καὶ τὸν Λύκωνα τὸν Ἀρίστωνος * διερχόμενοι, ἀλλὰ καὶ τὰ περὶ τῶν ψυχῶν δόγματα μεμιγμένα μυθολογίᾳ μεθ' ἡδονῆς ἐνθουσιῶσι.

β'. Διὸ δεῖ μὴ μόνον ἐν ταῖς περὶ ἐδωδὴν καὶ πόσιν ἡδοναῖς διαφυλάττειν εὐσχήμονας αὐτούς, ἔτι δὲ μᾶλλον ἐν ταῖς ἀκροάσεσιν καὶ ἀναγνώσεσιν ἐθίζειν, ὥσπερ ὄψῳ χρωμένους μετρίως τῷ τέρποντι, τὸ χρήσιμον ἀπ' αὐτοῦ καὶ τὸ σωτήριον διώκειν. οὔτε γὰρ πόλιν αἱ κεκλεισμέναι πύλαι τηροῦσιν ἀνάλωτον, ἂν διὰ μιᾶς παραδέξηται τοὺς πολεμίους· οὔτε νέον αἱ περὶ τὰς ἄλλας ἡδονὰς ἐγκράτειαι * σώζουσιν, ἄν γε δι' ἀκοῆς λάθῃ προέμενος αὐτόν. ἀλλ' ὅσον μᾶλλον αὕτη τοῦ φρονεῖν καὶ λογίζεσθαι πεφυκότος * ἅπτεται, τοσοῦτον μᾶλλον ἀμεληθεῖσα βλάπτει καὶ διαφθείρει τὸν παραδεξάμενον. ἐπεὶ τοίνυν οὔτε ἴσως δυνατόν ἐστιν, οὔτε ὠφέλιμον, ποιημάτων ἀπείργειν τὸν τηλικοῦτον * ἡλίκος οὑμός τε νῦν Σώκλαρός ἐστι καὶ ὁ σὸς Κλέανδρος, εὖ μάλα παραφυλάττωμεν αὐτούς, ὡς ἐν ταῖς ἀνα-

Lycona Ariſtonis evolvunt, ſed & cum de anima traditiones fabulis permixtas legunt.

2. Quare danda eſt opera ut non tantum circa victum potumque temperate ſe gerant, ſed in audiendis quoque & legendis libris aſſuefiant, eo quidem quod delectat tanquam condimento modice uti, id vero quod utile & ſalutare eſt imprimis ſectari. Neque enim aut urbem cuſtodiant clauſæ portarum cæteræ ſi una hoſti pateat, neque adoleſcentem ſalvum præſtet temperantia circa voluptates alias, ſi ignarus per aures ipſe ſe prodat: ſed quanto ea pars ad vim ratione ac prudentia præditam propius accedit, tanto majorem noxam perniticmque adfert neglectui habita. Cum ergo fieri vix poſſit, ac forte ne expediat quidem, à poëmatis arceri qui id ſunt ætatis cujus nunc eſt aut Soclarus noſter aut Cleander tuus, cuſtodiendi nobis ſunt, ut qui inter legendum non minus, quam

ἀναγνώσεσι μᾶλλον ἢ ταῖς ὁδοῖς παιδαγωγίας δεομένους.

γ΄. * Ἃπερ οὖν ἐμοὶ περὶ ποιημάτων εἰπεῖν πρώην ἐπῆλθε, νῦν πρὸς σὲ γεγραμμένα πέμψαι διενοήθην. καὶ λαβὼν ταῦτα δίελθε· κἂν δόξῃ σοι μηδὲν εἶναι φαυλότερα τῶν ἀμεθύστων καλουμένων, ἅ τινες ἐν τοῖς * πότοις περιάπτονται καὶ προλαμβάνουσι, μεταδίδου τῷ Κλεάνδρῳ, καὶ προκαταλάμβανε τὴν φύσιν αὐτοῦ διὰ τὸ μηδαμοῦ νωθρὸν, ἀλλὰ πανταχοῦ σφοδρὸν καὶ δεδορκὸς, εὐαγωγοτέραν ὑπὸ τῶν τοιούτων οὖσαν.

* Πουλύποδος κεφαλῇ ἔνι μὲν κακόν, ἐν δὲ καὶ ἐσθλόν.

ὅτι τῷ βρωθῆναι μέν ἐστιν ἥδιστος, δυσόνειρον δὲ * ὕπνον ποιεῖ, φαντασίας ταραχώδεις καὶ ἀλλοκότους δεχόμενον, ὡς λέγουσιν· οὕτω δὴ καὶ ποιητικῇ πολὺ μὲν τὸ ἡδὺ καὶ τρόφιμον νέου ψυχῆς ἔνεστιν, οὐκ ἔλαττον δὲ * τὸ ταρακτικὸν καὶ παράφορον, ἂν μὴ τυγχάνῃ παιδαγωγίας ὀρθῆς ἡ ἀκρόασις. οὐ γὰρ μόνον (ὡς ἔοικε) περὶ τῆς τῶν Αἰγυπτίων χώρας, ἀλλὰ καὶ περὶ τῆς ποιητικῆς ἐστιν εἰπεῖν, ὅτι

Φάρ-

quam inter eundum ductoris egeant.

3. Hanc ob causam quæ nuper mihi de poëmatis dicere contigit ea perscripta ad te mittere constitui. Hæc igitur perlege, & si tibi videantur nihilo esse deteriora amuletis quibus se contra ebrietatem nonnulli potaturi præmuniunt, da Cleandro: ejusque ingenium, quo longius à languore abest, vegetiusque est ac perspicacius, eo etiam ad has res sequacius atque ductilius, in tempore occupa.

Pulypodis capiti quid inest nocuumque bonumque.

Nam gustu suavis valde est, at somnum reddit inquietum, ut aiunt, visa ciens turbida & à recta ratione aliena. Sic & poëtarum scriptis, multum inest quod delectet, & animos juvenum nutriat, sed neque minus quod eos turbet & transversos agat, nisi rectus ductus adsit inter audiendum. Non enim de terra Ægypto tantum, sed & de arte poëtarum licet dicere,

Mul-

Φάρμακα πολλὰ μὲν ἐσθλὰ μεμιγμένα, πολλὰ δὲ * λυγρὰ τοῖς χρωμένοις ἀναδίδωσιν.

Ενθ' ἔνι μὲν φιλότης, ἐν δ' ἵμερος, ἐν δ' ὀαριστὺς,
Πάρφασις ἥτ' ἔκλεψε νόον πύκα περ φρονεόντων.

οὐ γὰρ ἅπτεται τὸ ἀπατηλὸν αὐτῆς ἀβελτέρων * κομιδῆ καὶ ἀνοήτων. διὸ καὶ Σιμωνίδης μὲν ἀπεκρίνατο πρὸς τὸν εἰπόντα, Τί δὴ μόνους οὐκ ἐξαπατᾷς ★ Θετ]αλοὺς; Αμαθέστεροι γάρ εἰσιν ἢ ὡς ὑπ' ἐμοῦ ἐξαπατᾶσθαι. Γοργίας δὲ τὴν τραγῳδίαν εἶπεν ἀπάτην, ἣν ὅ,τε ἀπατήσας, δικαιότερος τοῦ μὴ ἀπατήσαντος, καὶ ὁ ἀπατηθεὶς, σοφώτερος τοῦ μὴ ἀπατηθέντος. πότερον οὖν τῶν νέων, ὥσπερ τῶν Ιθακησίων, ★ κηρῷ τινι τὰ ὦτα ἀτέγκτῳ καταπλάσσοντες ἀναγκάζωμεν αὐτοὺς τὸ Επικούρειον ★ ἀκάτιον ἀραμένους, ποιητικὴν φεύγειν καὶ παρεξελαύνειν, ἢ μᾶλλον ὀρθῷ τινι * λογισμῷ περιστάντες καὶ καταδέοντες τὴν κρίσιν, ὅπως μὴ ★ παραφέρηται τῷ τέρποντι πρὸς τὸ βλάπτον, ἀπευθύνωμεν καὶ παραφυλάττωμεν;

Οὐδὲ

Multas quæ noceant herbas multasque salubres
ab ea dari his qui in ipsa versantur.
Intus amorque jocusque & suadæ flexanimæ vis,
Quæ mentem quamvis sapientem surpere possit.
Nam certe stupidos plane & mentis inopes illecebræ istæ non tangunt: ita ut non male Simonides quærenti ex se, cur solos Thessalos non deciperet, responderit; Indoctiores enim sunt quam ut à me decipiantur. Sed & Gorgias tragœdiam dixit esse fallaciam, qua qui deciperet justior esset non decipiente, & qui deciperetur, eo qui non deciperetur sapientior. Quid ergo? Num juvenum aures, ita ut Ithacensium, cera dura oblinemus, auctoresque eis erimus ut ascensa Epicuri navicula citato quantum possunt remigio artem poëtarum fugiant; an potius judicium ipsorum recta ratione involutum atque devinctum ita gubernabimus atque custodiemus ut ne rerum delectantium dulcedine abripiatur in nocitura?

Nam-

Οὐδὲ γὰρ οὐδὲ Δρύαντος υἱὸς κρατερὸς Λυκόεργος ὑγιαίνοντα νοῦν εἶχεν, ὅτι πολλῶν μεθυσκομένων καὶ παροινούντων, τὰς ἀμπέλους περιϊὼν ἐξέκοπτεν, ἀντὶ τοῦ τὰς κρήνας ἐγγυτέρω προσαγαγεῖν, καὶ μαινόμενον θεὸν, ὥς φησιν ὁ Πλάτων, ἑτέρῳ θεῷ νήφοντι κολαζόμενον σωφρονίζειν. * ἀφαιρεῖ γὰρ ἡ κρᾶσις τοῦ οἴνου τὸ βλάπτον, οὐ συναναιροῦσα τὸ χρήσιμον. μηδὲ ἡμεῖς οὖν * τὴν ποιητικὴν μερίδα τῶν μουσῶν ἐκκόπτωμεν μηδ᾽ ἀφανίζωμεν, ἀλλ᾽ ὅπου μὲν ὑφ᾽ ἡδονῆς ἀκράτου πρὸς δόξαν αὐθάδως θρασυνόμενον ἐξυβρίζει καὶ ὑλομανεῖ, τὸ μυθῶδες αὐτῆς καὶ θεατρικὸν ἐπιλαμβανόμενοι * κολούωμεν καὶ πιέζωμεν· ὅπου δὲ ἅπτεταί τινος μούσης τῇ χάριτι, καὶ τὸ γλυκὺ τοῦ λόγου καὶ ἀγωγὸν, οὐκ ἄκαρπόν ἐστιν, οὐδὲ κενὸν, ἐνταῦθα φιλοσοφίαν εἰσάγωμεν, καὶ * καταμιγνύωμεν.

δ΄. Ὥσπερ γὰρ ὁ μανδραγόρας ταῖς ἀμπέλοις παραφυόμενος, διαδιδοὺς τὴν δύναμιν εἰς τὸν οἶνον, μαλακωτέραν ποιεῖ τὴν καταφορὰν τοῖς πίνουσιν, οὕτω τοὺς λόγους ἡ ποίησις ἐκ φιλοσοφίας ἀναλαμβάνουσα μιγνυμένους πρὸς τὸ μυθῶδες,

Namque nec ille valens, genitore
Dryante, Lycurgus

ſanam ſatis mentem habuit, cum aliis per temulentiam laſcivientibus ipſe interea vites obiens excidit, cum potius fuiſſet fontes admovere propius & Deum furentem, ut ait Plato, alio modeſtiore numine caſtigatum admonere officii. Namque ea mixtura aufert vino quod nocet, ita ut quod utile eſt non una auferat. Sic ergo & nos partem poëticam, ne excidamus de diſciplinis planeque perdamus, ſed ubi voluptate immoderata exſultans pro lubidine laſcivit atque inſanit, ibi quod ejus eſt fabuloſum & theatrale premamus atque coërceamns: At ubi ad doctam quandam gratiam accedit, neque inanis aut infructuoſa eſt verborum illa ſuavis illecebra, ibi ſapientiam accitam illi admiſceamus.

4. Sicut enim mandragora vitibus adſita, & vim ſuam in vinum tranſmittens potantibus molliorem ſomnolentiam facit; ſic & ars poëtarum argumentum à ſapientia ſumtum fabulis temperans, efficit

δεῖς, ἐλευθερίαν καὶ προσφιλῆ παρέχει τοῖς νέοις τὴν μάθησιν. ὅθεν οὐ φευκτέον ἐστὶ τὰ ποιήματα τοῖς φιλοσοφεῖν μέλλουσιν, * ἀλλ' ἐν ποιήμασι προφιλοσοφητέον· ἐθιζομένους ἐν τῷ τέρποντι τὸ χρήσιμον ζητεῖν καὶ ἀγαπᾶν· εἰ δὲ μή, διαμάχεσθαι καὶ δυσχεραίνειν. ἀρχὴ γὰρ αὕτη παιδεύσεως.

Ἔργου δὲ παντὸς ἢν τις * ἄρχηται καλῶς,
* Καὶ τὰς τελευτὰς εἰκός ἐσθ' οὕτως ἔχειν,

κατὰ τὸν Σοφοκλέα.

ε'. * Πρῶτον οὖν εἰσάγωμεν εἰς τὰ ποιήματα μηδὲν οὕτω μεμελημένον ἔχοντα καὶ πρόχειρον, * ὡς τό,

πολλὰ ψεύδονται ἀοιδοί,

τὰ μὲν ἑκόντες, τὰ δὲ ἄκοντες. ἑκόντες μέν, ὅτι πρὸς ἡδονὴν ἀκοῆς καὶ χάριν (ἣν οἱ πλεῖστοι διώκουσιν) αὐστηροτέραν ἡγοῦνται τὴν ἀλήθειαν τοῦ ψεύδους. ἡ μὲν γὰρ ἔργῳ γινομένη * κἂν ἀτερπὲς ἔχῃ τέλος, οὐκ ἐξίσταται· τὸ

δὲ

efficit ut juvenes & facilius id & libentius discant. Quare sapientiæ studiosi non fugere debent poëmata, sed in ipsis poëmatis studere sapientiæ, atque ita se assuefacere ut in eo quod dulce est id quod utile est & quærant & diligant: sin utile non inveniant, ipsum illud dulce non sine indignatione aspernentur. Nam hæc sunt veri profectus initia:

In opere quovis si bonum est primordium,
Credibile finem se quoque habiturum bene:

ut Sophocles docet.

5. Primum igitur ad poëmata admittamus juvenem edoctum nihil æque in promtu habere atque illud:

confingunt plurima vates.

Vere enim plurima fingunt partim de industria, partim inviti. De industria scilicet, quia veritatem sciunt mendacio esse austeriorem, ac proinde minus aptam delectationi audientium quam sectantur plerique. Nam veritas reipsa constans etiamsi triste quid propositum habeat, nihil tamen de suo statu

δὲ πλαττόμενον λόγῳ, ῥᾷστα συγχωρεῖ καὶ τρέπεται πρὸς τὸ ἥδιον ἐκ τοῦ λυποῦντος. οὔτε γὰρ μέτρον, οὔτε τρόπος, οὔτε λέξεως ὄγκος, οὔτ' εὐκαιρία μεταφορᾶς, οὔτε ἁρμονία καὶ σύνθεσις ἔχει τοσοῦτον αἱμυλίας καὶ χάριτος, ὅσον *εὖ πεποιημένη διάθεσις μυθολογίας.

ϛ'. Ἀλλ' ὥσπερ ἐν γραφαῖς κινητικώτερόν ἐστι χρῶμα γραμμῆς, διὰ τὸ ἀνδρείκελον καὶ ἀπατηλὸν, οὕτως ἐν ποιήμασι μεμιγμένον πιθανότητι ψεῦδος ἐκπλήττει καὶ ἀγαπᾶται μᾶλλον τῆς ἀμύθου καὶ ἀπλάστου περὶ μέτρον καὶ λέξιν κατασκευῆς. ὅθεν ὁ Σωκράτης ἔκ τινων ἐνυπνίων ποιητικῆς ἁψάμενος, αὐτὸς μὲν, ἅτε δὴ γεγονὼς ἀληθείας ἀγωνιστὴς τὸν ἅπαντα βίον, οὐ πιθανὸς ἦν οὐδ' εὐφυὴς ψευδῶν δημιουργός· τοὺς δὲ Αἰσώπου τοῖς ἔπεσι μύθους ἐνόμιζεν, ὡς ποίησιν οὐκ οὖσαν ᾗ ψεῦδος μὴ πρόσεστι. θυσίας μὲν γὰρ ἀχόροις καὶ ἀναύλους ἴσμεν, οὐκ ἴσμεν δὲ ἄμυθον

οὐδὲ

statu decedit. At mendacium humana ratione fabricatum facile se accommodat, ac de quamvis tristi in jucundum vertitur. Neq; enim aut pedum mensura, aut figura, aut dicendi sublimitas, aut translationis bene arrepta occasio, aut in compositione omnium partium concentus eam habet venustatem ac gratiam, quam perita fabulæ structura.

6. Utque in picturis color plus nos movet quam sola lineamenta, eo quod ad hominis similitudinem propius accedat magisque fallat: sic in carminibus mendacium veri similitudine temperatum magis animos ferit, magisque placet, quam sine fabula ac figmento bene elaborata ac dimensa dictio. Quare Socrates cum somnii admonitu scribere versus cœpisset, neque ipse suopte ingenio satis aptus esset mendaciorum faber, ut qui per vitam omnem pro veritate certasset, Æsopi fabulas quasdam versibus donavit, quasi poësis esse non posset cui nihil adesset mendacii. Nam sacrificia quidem sine tibia & choro quædam novimus; at

non

οὐδὲ ἀψευδῆ ποίησιν. τὰ δ' Ἐμπεδοκλέους ἔπη καὶ Παρμενίδου, καὶ θηριακὰ Νικάνδρου, καὶ γνωμολογίαι Θεόγνιδος, λόγοι εἰσὶ κεχρημένοι παρὰ ποιητικῆς, * ὥσπερ ὄχημα, τὸν ὄγκον καὶ τὸ μέτρον, ἵνα τὸ πεζὸν διαφύγωσιν.

ζ'. Ὅταν οὖν ἄτοπόν τι καὶ δυσχερὲς ἐν τοῖς ποιήμασι λέγηται περὶ θεῶν, ἢ δαιμόνων, * ἢ ἀρετῆς, ὑπὸ ἀνδρὸς ἐλλογίμου καὶ δόξαν ἔχοντος, ὁ μὲν ὡς ἀληθῆ προσδεξάμενος λόγον οἴχεται φερόμενος, καὶ διέφθαρται τὴν δόξαν· ὁ δὲ μεμνημένος ἀεὶ καὶ κατέχων ἐναργῶς τῆς ποιητικῆς τὴν περὶ τὸ ψεῦδος γοητείαν, καὶ δυνάμενος λέγειν ἑκάστοτε πρὸς αὐτήν,

Ω μηχάνημα, * Σφιγγὸς αἰολώτερον,

τί παίζουσα τὰς ὀφρῦς συνάγεις; τί δ' ἐξαπατῶσα * προσποιῇ διδάσκειν; οὐδὲν πείσεται δεινὸν, οὐδὲ πιστεύσει φαῦλον· ἀλλ' ἐπιλήψεται μὲν αὐτοῦ φοβουμένου τὸν Ποσει-

non etiam ſine fabulis & mendacio poëſin. Nam Empedoclis & Parmenidæ carmina, & Nicandri theriaca & Theognidis ſententiæ, nihil aliud ſunt quam orationes quæ à poëſi menſuram duntaxat & verborum majeſtatem pro vehiculo utendam accipiunt, ut pedeſtris ſermonis humilitatem evitent.

7. Quoties igitur in carminibus à viro eximiæ auctoritatis aliquid abſurdum & à ratione abhorrens dicitur, aut de Diis, aut de ſemideis, aut de ipſa virtute, qui id pro vero accipit abripitur falſa opinione deceptus. At qui animo memore ac vigili ſemper retinet poëticæ artis in fingendo præſtigias, ita ut ei quoties opus eſt auſit dicere,

O Sphinge magis implicita, verſuta artifex,

Quid cum ludere tibi viſum eſt, ſupercilium attrahis? Quid cum hoc agis ut fallas, docentis perſonam induis? Is vero nihil grave patietur, nihil credet quod credi non oporteat: ſed illum reprehendet qui Neptunum exhorreſcit,

Ποσειδῶνα, καὶ ταρβοῦντος μὴ τὴν γῆν ἀναρρήξῃ, καὶ ἀπογυμνώσῃ τὸν ᾅδην· * ἐπιλήψεται δὲ τοῦ Ἀπόλλωνος χαλεπαίνοντος ὑπὲρ τοῦ πρώτου τῶν Ἀχαιῶν,

Ὃν αὐτὸς ὑμνῶν, αὐτὸς ἐν δαίτῃ παρὼν,

Αὐτὸς τάδ' εἰπὼν, αὐτός ἐστιν ὁ κτανών.

παύσεται δὲ τὸν φθιτὸν Ἀχιλλέα καὶ τὸν Ἀγαμέμνονα τὸν καθ' ᾅδου δακρύων, ἀδυνάτους καὶ ἀσθενεῖς χεῖρας ἐπιθυμίᾳ τοῦ ζῆν ὀρέγοντας. ἂν δέ που συνταράττηται τοῖς πάθεσι καὶ κρατῆται φαρμασσόμενος, οὐκ ὀκνήσει πρὸς ἑαυτὸν εἰπεῖν,

Ἀλλὰ φόωσδε τάχιστα λιλαίεο. ταῦτα δὲ πάντα

Ἴσθ', ἵνα καὶ μετόπισθε τεῇ εἴπῃσθα γυναικί.

καὶ γὰρ τοῦτο χαριέντως Ὅμηρος εἰς τὴν νεκυίαν εἶπεν, ὡς γυναικὸς ἀκρόασιν οὖσαν * διὰ δὴ τὸ μυθῶδες.

η΄. Τοιαῦτα γάρ ἐστιν ἃ πλάττουσιν ἑκόντες οἱ ποιηταί· πλείονα δὲ, ἃ μὴ πλάττοντες, ἀλλ' οἰόμενοι καὶ δοξά-

horrescit, metuens ne is terra dirupta inferos detegat, aut qui irascitur Apollini propter Achivorum principem virum, & hæc dicit:

At qui ista cecinit, qui meas inter dapes
Ipse ista dixit, ipse, pro superi! meum
Natum peremit.

Parcet etiam lachrymas impendere mortuo Agamemnoni aut Achilli apud inferos, cum vitæ desiderio invalidas manus tendunt. Quod siquando etiam abripiatur affectibus, & vincatur veneno, non omittet sibi dicere,

Quamprimum lucem repete, atque hæc omnia visa
Mente tene, uxorique dehinc memorare memento.

Nam & hoc eleganter Homerus suo quo inferos descripserat carmini subtexuit, ut fabellæ dignæ quæ mulierculis narraretur.

8. Hujusmodi igitur illa sunt quæ volentes Poetæ fingunt: plura vero quæ, quia ipsi ita rem esse persuasi sunt, nobis

δοξάζοντες αὐτοὶ ★ προσαναχρώννυνται τὸ ψεῦδος ἡμῖν. οἷον, ἐπεὶ τοῦ Διὸς εἰρηκότος Ομήρου,

Εν δ' ἐτίθει δύο κῆρε τανηλεγέος θανάτοιο,
Τὴν μὲν Αχιλλῆος, τὴν δ' Εκτορος ἱπποδάμοιο.
★ Ελκε δὲ μέσσα λαβών· ῥέπε δ' Εκτορος αἴσιμον ἦμαρ·
Ωχετο δ' εἰς ἀΐδαο, λίπεν δέ ἑ Φοῖβος Απόλλων.

τραγῳδίαν ὁ Αἰσχύλος ὅλην τῷ μύθῳ περιέθηκεν, ἐπιγράψας ψυχοστασίαν, καὶ παραστήσας ταῖς πλάστιγξι τοῦ Διὸς, ἔνθεν μὲν ★ τὴν Θέτιν, ἔνθεν δὲ τὴν Ηῶ, δεομένας ὑπὲρ τῶν υἱέων μαχομένων. τοῦτο δὲ παντὶ δῆλον, ὅτι μυθοποίημα καὶ πλάσμα πρὸς ἡδονὴν ἢ ἔκπληξιν ἀκροατοῦ γέγονε. τὸ δὲ,

Ζεὺς ὅστ' ἀνθρώπων ταμίης πολέμοιο τέτυκται·

καὶ τὸ,

--- Θεὸς μὲν αἰτίαν φύει βροτοῖς
Οταν κακῶσαι δῶμα παμπήδην θέλῃ,

ταῦτα δὲ ἤδη κατὰ δόξαν εἴρηται καὶ πίστιν αὐτῶν, ἣν ἔχουσιν

ἀπάτην

quoque per mendacium allinunt. Exempli causa; cum de Jove dixisset Homerus:

Imponitque duas sortes, quarum Hectoris illa,
Hæc erat Æacidæ, mortem huic illive ferentes.
Has librat: Hectorei devergunt pondera fati.
Ergo abit ad Manes, atque illum linquit Apollo.

tota tragœdia hanc fabulam ornavit Æschylus, cui nomen fecit Animarum libramen, Jovisque lancibus adstantes fecit hinc Thetidem, inde Auroram orantes pro pugnantibus filiis. Hoc vero nihil esse nisi fabulam confictam aut ad voluptatem, aut ad admirationem auditoris, nemini est obscurum. Illud vero,

Jupiter humano generi qui suscitat arma:

Et illud,

culpam hominibus assignat Deus,
Eruere quoties funditus statuit domum:

ex ipsorum qui dixerunt opinione dicta sunt, nam suam de

Deis

ἀπάτην περὶ θεῶν καὶ ἄγνοιαν, εἰς ἡμᾶς ἐκφερόντων καὶ μεταδιδόντων.

θ΄. Πάλιν αἱ περὶ τὰς νεκυίας τερατουργίαι καὶ διαθέσεις ὀνόμασι φοβεροῖς ἐνδημιουργοῦσαι * φάσματα καὶ εἴδωλα ποταμῶν φλεγομένων, καὶ τόπων ἀγρίων, καὶ κολασμάτων σκυθρωπῶν, οὐ πάνυ πολλοὺς διαλανθάνουσιν ὅτι τὸ μυθῶδες αὐτοῖς πολὺ, καὶ τὸ ψεῦδος, ὥσπερ τροφαῖς τὸ φαρμακῶδες, ἐγκέκραται· καὶ οὔτε Ὅμηρος, οὔτε Πίνδαρος, οὔτε Σοφοκλῆς πεπεισμένοι ταῦτα ἔχειν οὕτως, ἔγραψαν,

Ἔνθεν τὸν ἄπειρον ἐρεύγονται σκότον
Βληχροὶ δνοφερᾶς νυκτὸς ποταμοί. καὶ,
Πὰρ δ' ἴσαν Ὠκεανοῦ τε ῥοὰς καὶ * Λευκάδα πέτρην. καὶ,
Στενωπὸς ᾅδου καὶ παλίρροια βυθοῦ.

ὅσοι μέντοι τὸν θάνατον ὡς οἰκτρὸν, ἢ τὴν ἀταφίαν ὡς δεινὸν ὀλοφυρόμενοι καὶ δεδιότες, φωνὰς ἐξενηνόχασι,

Μή μ' ἄκλαυστον ἄθαπτον ἰὼν ὄπιθεν * καταλείπῃς. καὶ,

* Ψυχὴ

Deis falsam persuasionem atque ignorantiam hoc modo in nos studuerunt traducere.

9. Rursum in describendis inferis prodigiosa commenta quæ vocibus horrendis imagines nobis ingenerant fluminum ardentium, vastarum solitudinum, & suppliciorum atrocium, haud multos admodum fallant: quia magna illis ficti falsique copia, tanquam medicamenti cibis adhæret: Neque vero aut Homerus aut Pindarus aut Sophocles quod ita rem esse crederent hæc scripserunt:

Heic immensas ructant tenebras
Pallida nigræ flumina noctis.

Et:

Oceani fluctus adeunt & candida saxa.

Item:

Ubi reciprocus gurges, & portæ Inferûm.

At si qui voces edunt quibus aut mortem ut rem miserabilem, aut insepultum jacere ut malum aut deplorant aut aversantur, ut:

Ah ne me lacrymarum inopem tumulique relinquas. item:

★ Ψυχὴ δ' ἐκ ῥεθέων πταμένη Ἄϊδόσδ' ἐβεβήκει,

Ὃν πότμον γοόωσα, λιποῦσ' ἁδροτῆτα καὶ ἥβην. καὶ,

Μή μ' ἀπολέσῃς ἄωρον· ἡδὺ γὰρ τὸ φῶς

Λεύσσειν· τὰ δ' ὑπὸ γῆν μή μ' ἰδεῖν ἀναγκάσῃς.

αὗται πεπονθότων εἰσὶ καὶ ★ προεαλωκότων ὑπὸ δόξης καὶ ἀπάτης. διὸ μᾶλλον ἅπτονται καὶ ★ διαταράττουσιν ἡμᾶς, ἀναπιμπλαμένους τοῦ πάθους καὶ τῆς ἀσθενείας, ἀφ' ἧς λέγονται.

ι. Πρὸς ταῦτα δὴ πάλιν παρασκευάζωμεν εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς ἔχειν ἔναυλον ★ ὅτι ποιητικῇ μὲν οὐ πάνυ μέλον ἐστὶ τῆς ἀληθείας· ἡ δὲ περὶ ταῦτα ἀλήθεια, καὶ τοῖς μηδὲν ἄλλο ★ πεποιημένοις ἔργον ἢ γνῶσιν καὶ μάθησιν τοῦ ὄντος, εὖ μάλα δυσθήρατός ἐστι, καὶ δύσληπτος, ὡς ὁμολογοῦσιν αὐτοί. ★ καὶ τὰ Ἐμπεδοκλέους ἔπη ἔστω πρόχειρα ταυτὶ οὕτως,

Οὔτ' ἐπιδερκτὰ τάδ' ἀνδράσιν, οὔτ' ἐπακουστὰ,

Οὔτε νόῳ περιληπτά.

καὶ τὰ Ξενοφάνους,

Καὶ

Ast anima evolitans membris petit infera regna,
Fata gemens quod sic robur juvenile relinquat.

Et hoc:

Ah ne me acerbam perime: conspicere hunc diem
Dulce est: videre ne adige quæ tellus tegit.

hæc jam vero sunt affectorum & falsæ opinioni consentientium verba, quo magis nos tangunt atque perturbant plenos ejus animi motus atque infirmitatis qua dicuntur.

10. Ad hæc igitur parati rursum simus nobis ipsis occinere, poëticæ arti haud magnam esse curam veri: Quod autem verum est in rebus illis, id iis ipsis fatentibus qui naturæ cognoscendæ omnem insumserunt operam, huic uni studio vacantes, quæri difficulter, inveniri difficilius. Itaque in promtu sint ista Empedoclis carmina:

audiri nequeunt, nequeuntque videri
Illa, negant & mente capi.

Xenophanis quoque hoc:

At

Καὶ τὸ μὲν οὖν σαφὲς οὔτις ἀνὴρ γένετ' οὐδέ τις ἔσται
Εἰδὼς ἀμφὶ θεῶν τε * καὶ ὅσσα λέγω περὶ πάντων·

καὶ νὴ Δία τὰ Σωκράτους ἐξομνυμένου παρὰ Πλάτωνι τὴν περὶ τούτων γνῶσιν· ἧττον γὰρ ὡς εἰδόσι τι περὶ τούτων προσέξουσι τοῖς ποιηταῖς, ἐν οἷς τοὺς φιλοσόφους ἰλιγγιῶντας ὁρῶσιν.

ια'. Ἔτι δὲ μᾶλλον ἐπιστήσωμεν αὐτὸν, * ἅμα τῷ προσάγειν τοῖς ποιήμασιν * ὑπογράφοντες τὴν ποιητικὴν, ὅτι μιμητικὴ τέχνη καὶ δύναμίς ἐστιν ἀντίστροφος τῇ ζωγραφίᾳ· καὶ μὴ μόνον ἐκεῖνο τὸ θρυλλούμενον ἀκηκοὼς ἔστω, ζωγραφίαν μὲν εἶναι φθεγγομένην τὴν ποίησιν, ποίησιν δὲ σιγῶσαν τὴν ζωγραφίαν· ἀλλὰ πρὸς τούτῳ διδάσκωμεν αὐτὸν ὅτι γεγραμμένην σαῦραν, ἢ πίθηκον, ἢ Θερσίτου πρόσωπον ἰδόντες ἡδόμεθα καὶ θαυμάζομεν, οὐχ ὡς καλὸν, ἀλλ' ὡς ὅμοιον. οὐσίᾳ μὲν γὰρ οὐ δύναται καλὸν γενέσθαι τὸ αἰσχρόν· ἡ δὲ μίμησις, ἄν τε περὶ φαῦλον, ἄν τε περὶ χρηστὸν ἐφίκηται τῆς ὁμοιότητος, ἐπαινεῖται. καὶ τοὐναντίον

At nemo est nec erit qui divina omnia novit,
Et quæ de rerum natura dicere conor.

Et Socratis verba apud Platonem harum rerum cognitionem ejurantis. Minus enim fidem habebunt poëtis tanquam gnaris harum rerum, ubi ipsos etiam philosophos viderint hæsitantes.

11. Hoc quoque amplius sistemus assensum, si ei quem ad poëmata ducimus, primum ipsam artem poëticam describamus, ut quæ sit imitatrix & picturæ respondens: neque vero illud tantum vulgatum audiat, picturam esse loquens poëma, poëma vero tacitam picturam; sed hoc insuper à nobis discat, lacertam pictam ubi conspicimus, aut simiam etiam, aut Thersitæ vultum, delectari nos atque admirari, non quod pulchra illa sint, sed quod rebus similia. Reipsa enim quod turpe est pulchrum esse nequit: at imitatio sive in re pulchra sive in turpi similitudinem rei exprimat, jure laudatur. Imo siquis turpis corporis

τοὐναντίον ἂν αἰσχροῦ σώματος εἰκόνα καλὴν παράσχῃ, τὸ πρέπον καὶ τὸ εἰκὸς οὐκ ἀπέδωκεν. γράφουσι δὲ καὶ πράξεις ἀτόπους ἔνιοι, καθάπερ Τιμόμαχος * τὴν Μηδείας τεκνοκτονίαν, καὶ Θέων τὴν Ὀρέστου μητροκτονίαν, * καὶ Παῤῥάσιος τὴν Ὀδυσσέως προσποίητον μανίαν, καὶ Χαιρεφάνης ἀκολάστους ὁμιλίας γυναικῶν πρὸς ἄνδρας. ἐν οἷς μάλιστα δεῖ τὸν νέον ἐθίζεσθαι· διδασκόμενον ὅτι τὴν πρᾶξιν οὐκ ἐπαινοῦμεν ἧς γέγονεν ἡ μίμησις, ἀλλὰ τὴν τέχνην, εἰ μεμίμηται προσηκόντως τὸ ὑποκείμενον.

ιβ'. Ἐπεὶ τοίνυν καὶ ποιητικὴ πολλάκις ἔργα φαῦλα καὶ πάθη μοχθηρὰ, καὶ ἤθη μιμητικῶς ἀπαγγέλλει, δεῖ τὸ θαυμαζόμενον ἐν τούτοις, καὶ κατορθούμενον μήτε ἀποδέχεσθαι τὸν νέον, ὡς ἀληθὲς, μήτε δοκιμάζειν ὡς καλὸν, * ἀλλ᾽ ἐπαινεῖν μόνον ὡς ἐναρμόττον τῷ ὑποκειμένῳ προσώπῳ καὶ οἰκεῖον. ὥσπερ γὰρ ὗος βοὴν καὶ ψόφον τροχιλίας καὶ πνευμάτων ῥοῖζον, καὶ θαλάττης κτύπον ἀκούοντες, ἐνοχλούμεθα καὶ δυσχεραίνομεν· * ἂν δέ τις πιθανῶς ταῦτα μιμῆται (καθά-

περ

corporis pulchrum simulachrum exhibuerit, is quod decebat quodque par erat fieri non fecit. Sic & actus indecoros pingunt nonnulli, ut Timomachus Medeæ parricidium in liberos, Theon Orestis in matrem, Parrhasius fictum Ulyssis furorem, & Chærephanes virorum mulierumque fœdos congressus. In his vero præcipue assuefaciendus juvenis ut discat non actum laudari, cujus imago proponitur: sed artem si quod propositum est recte expressit.

12. Quando igitur & poëtica ars sæpe facta inhonesta, & affectus moresque illaudabiles refert sui generis imitatione, quod heic admiramur & recte factum dicimus non ita debet accipere juvenis quasi verum sit, aut probare quasi honestum, sed laudare ut personæ conveniens atque proprium. Sic enim & clamorem suis aut strepitum trochleæ, & venti stridorem & maris murmur, ipsi cum audimus ægre id nobis est: at si quis commode imitetur (ut suem Parmeno,

περὶ Παρμένων τὴν ὗν, καὶ Θεόδωρος τὰς τροχιλίας) ἡδόμεθα. καὶ νοσώδη μὲν ἄνθρωπον καὶ ὕπουλον, ὡς ἀτερπὲς θέαμα, φεύγομεν· τὸν δὲ Ἀριστοφῶντος Φιλοκτήτην, καὶ τὴν Σιλανίωνος Ἰοκάστην ὁμοίως φθίνουσι καὶ ἀποθνήσκουσι πεποιημένους ὁρῶντες χαίρομεν.

ιγʹ. Οὕτως ὁ νέος ἀναγινώσκων ἃ Θερσίτης ὁ γελωτοποιὸς, ἢ Σίσυφος ὁ φθορεὺς, ἢ Βάτραχος ὁ πορνοβοσκὸς λέγων ἢ πράττων πεποίηται, διδασκέσθω τὴν μιμουμένην ταῦτα δύναμιν καὶ τέχνην ἐπαινεῖν, * ἃς δὲ μιμεῖται διαθέσεις καὶ πράξεις, προβάλλεσθαι καὶ κακίζειν.

ιδʹ. Οὐ γάρ ἐστι ταὐτὸ τὸ καλὸν καὶ καλῶς τι μιμεῖσθαι. καλῶς γάρ ἐστι τὸ πρεπόντως καὶ οἰκείως· οἰκεῖα δὲ καὶ πρέποντα τοῖς αἰσχροῖς τὰ αἰσχρά. καὶ γὰρ αἱ Δημονίδου τοῦ χωλοῦ κρηπῖδες, ἃς ἀπολέσας * εὔχετο τοῖς τοῦ κλέψαντος ἐναρμόσαι ποσὶν, φαῦλαι μὲν ἦσαν, ἐκείνῳ δὲ ἥρμοττον. καὶ τό,

Εἴπερ γὰρ ἀδικεῖν χρὴ, τυραννίδος πέρι
Κάλλιστον ἀδικεῖν· καὶ τό,

Τοῦ

meno, trochleas Theodorus) id nos delectat. Et homo quidem ægrotus aut ulcerosus, ut ingratum spectaculum fugitur; at Aristophontis Philocteten, & Silanionis Jocasten ad similitudinem tabescentium & moribundorum effictos juvat conspicere.

13. Sic ergo juvenis legens quæ aut ridiculus Thersites, aut corruptor Sisyphus, aut Batrachus leno dicere aut facere à poëtis finguntur, discat artem ac facultatem feliciter ista imitandi prædicare: ipsos autem mores & actiones quas ars imitatur aversari ac vituperare.

14. Non enim idem est, pulchra, & pulchre imitari. Nam pulchre fit quod fit convenienter & ut decet: at turpibus turpia conveniunt. Nam & Demonici claudi crepidæ, quas ille cum perdidisset optabat furis pedibus congruere, pravæ quidem erant, sed ipsi conveniebant. Similiter illud:

Nam si fides violanda, regni gratia
Violanda: Et illud:

Justi

Τοῦ μὲν δικαίου τὴν δόκησιν * ἄρνυσο,
Τὰ δ' ἔργα τοῦ πᾶν δρῶντος, ἔνθα κερδανεῖς· καὶ,
Τάλαντον ἡ προῖξ μὴ λάβω; ζῆν δ' ἔστι μοι
Τάλαντον ὑπεριδόντι; τεύξομαι δ' ὕπνου
Προέμενος; οὐ δώσω δὲ κἀν ᾅδου δίκην
Ὡς ἠσεβηκὼς εἰς τάλαντον ἀργυρίου.

μοχθηροὶ μέν εἰσι λόγοι καὶ ψευδεῖς, Ἐτεοκλεῖ δὲ καὶ Ἰξίονι καὶ τοκογλύφῳ πρεσβύτῃ πρέποντες.

ιε΄. Ἂν οὖν ὑπομιμνήσκωμεν τοὺς παῖδας ὅτι ταῦτα οὐκ ἐπαινοῦντες οὐδὲ δοκιμάζοντες, ἀλλ' ὡς ἄτοπα καὶ φαῦλα φαύλοις καὶ ἀτόποις ἤθεσι, καὶ προσώποις περιτιθέντες γράφουσιν, οὐκ ἂν ὑπὸ τῆς δόξης βλάπτοιντο τῶν ποιητῶν· ἀλλὰ τοὐναντίον ἡ πρὸς τὸ πρόσωπον ὑποψία, διαβάλλει καὶ τὸ πρᾶγμα καὶ τὸν λόγον, ὡς φαῦλον ὑπὸ φαύλου καὶ λεγόμενον καὶ πραττόμενον. οἷόν ἐστι καὶ τὸ τῆς συγκοιμήσεως τοῦ Πάριδος ἐκ τῆς μάχης ἀποδράντος. οὐδένα γὰρ ἄλλων ἀνθρώπων ἡμέρας συγκοιμώμενον γυναικὶ ποιήσας ἢ

τὸν

Justi capesse nomen, at facta occupa
Quidvis agentis: parta sic tibi res erit. Hoc quoque:
Talentum dos est: ni capio, num vivere
Potero, talento spreto? poteron' perdito
Dormire? nonne & in orco supplicium dabo
Ut qui egerim impie in talentum argenteum?

falsa sunt, prava sunt, sed Eteocli & Ixioni & seni fœneratori apprime convenientia.

15. Si igitur commonefaciamus pueros, non à laudantibus aut probantibus hæc scribi, sed prava & improba pravis improbisque moribus atque personis attribui, non decipiet eos poëtarum reverentia: sed contra ex persona quæ loqui introducitur orta suspicio & rem & facta suspecta reddet, utpote prava à pravo ingenio proficiscentia. Quale & illud est de concubitu Paridis cum è prælio fugisset. Nam cum neminem poëta finxerit cum uxore de die concumbentem nisi unum illum libidi-

τὸ ἀκόλαστον καὶ * μοιχικὸν, ἐν αἰσχύνῃ δῆλός ἐστι καὶ ψόγῳ τιθέμενος τὴν τοιαύτην ἀκρασίαν.

ιϛ΄. Ἐν δὲ τούτοις εὖ μάλα προσεκτέον εἴ τινας ὁ ποιητὴς αὐτὸς ἐμφάσεις δίδωσι κατὰ τῶν λεγομένων, ὡς δυσχεραινομένων ὑπ' αὐτοῦ, καθάπερ ὁ Μένανδρος ἐν τῷ προλόγῳ τῆς Θαΐδος πεποίηκεν,

Ἐμοὶ μὲν οὖν ἄειδε τοιαύτην * θεὰ,
Θρασεῖαν, ὡραίαν δὲ, καὶ πιθανὴν ἅμα,
Ἀδικοῦσαν, ἀποκλείουσαν, αἰτοῦσαν πυκνὰ,
* Μηθενὸς ἐρῶσαν, προσποιουμένην δ' ἀεί.

ἄριστα δὲ * Ὅμηρος τῷ γένει τούτων κέχρηται. καὶ γὰρ προδιαβάλλει τὰ φαῦλα, καὶ προσυνίστησι τὰ χρηστὰ τῶν λεγομένων. προσυνίστησι μὲν οὕτως,

Αὐτίκα μειλίχιον καὶ κερδαλέον φάτο μῦθον. καὶ,
Τὸν δ' ἀγανοῖς ἐπέεσσιν ἐρητύσασκε παραστάς.

ἐν δὲ τῷ προδιαβάλλειν, μονονοὺ μαρτύρεται καὶ διαγορεύει μήτε χρῆσθαι μήτε προσέχειν, ὡς οὖσιν ἀτόποις

libidinosum atque adulterum, satis hoc ipso ostendit talem intemperantiam à se in vitii & probri parte poni.

16. Atque illud quoque in hoc genere considerandum est, an non & ipse poëta significationes dederit aliquas adversus ea quæ narrat ut sibi non placentia, sicut Menander fecit in Thaidos prologo:

Nunc illam talem cane, quod te veneror, Dea,
Ferocem, sed pulchellam & illecebriloquam,
Injustificam, clusiforem, poscinummiam,
Et neminamantem, semper simulantem tamen.

Optime autem hac cautione Homerus utitur. Nam & turpia prius suspecta reddit & honesta commendat. Commendat quidem in hunc modum:

Ac tum sic dulci sermone salubria fatur: Item:
Stans juxta verbis hunc increpat ille severis.

Ubi vero præmunit lectorem parum abest quin diserte testetur atque denuntiet, nequis dictis uti velit aut attendere, ut quæ ab honestate

ποις * καὶ φαύλοις· οἷον τόν τε Ἀγαμέμνονα μέλλων διηγεῖσθαι τῷ ἱερεῖ χρώμενον ἀφειδῶς, προείρηκεν,

Ἀλλ' οὐκ Ἀτρείδῃ Ἀγαμέμνονι ἥνδανε θυμῷ,
Ἀλλὰ κακῶς ἀφίει.

τουτέστιν ἀγρίως καὶ αὐθαδῶς καὶ παρὰ τὸ προσῆκον. τῷ τε Ἀχιλλεῖ τοὺς θρασεῖς λόγους περιτίθησιν,

Οἰνοβαρὲς, κυνὸς ὄμματ' ἔχων, κραδίην δ' ἐλάφοιο,

* τὴν αὐτὴν κρίσιν ὑπειπὼν,

Πηλείδης δ' ἐξαῦτις ἀταρτηροῖς ἐπέεσσιν
Ἀτρείδην προσέειπε, καὶ οὔπω λῆγε χόλοιο.

καλὸν γὰρ εἰκὸς οὐθὲν εἶναι μετ' ὀργῆς καὶ αὐστηρῶς λεγόμενον. ὁμοίως καὶ ἐπὶ τῶν πράξεων,

Ἦ ῥα· καὶ Ἕκτορα δῖον ἀεικέα μήδετο ἔργα,
Πρηνέα πὰρ λεχέεσσι Μενοιτιάδαο τανύσσας.

εὖ δὲ καὶ ταῖς ἐπιρρήσεσι χρῆται, καθάπερ τινὰ ψῆφον ἰδίαν ἐπιφέρων τοῖς πραττομένοις ἢ λεγομένοις· ἐπὶ μὲν τῆς μοιχείας τοῦ Ἄρεως, τοὺς θεοὺς ποιῶν λέγοντας,

Οὐκ

nestate ac recta ratione discedant. Sic Agamemnonem introducturus cum sacerdote inclementius agentem, præfatur,

Hæc tibi non placuit sententia, major Atride,
Sed male dimittis Chrysen.

Id est superbe, proterve & præter officium. Similiter Achilli orationem hanc ferocem attribuens,

Plene mero, cui cor cervi est oculique canini,

judicium simile subjecit:

Æacides iterum sævis Agamemnona verbis
Sic affatur, adhuc immiti concitus ira.

Credibile enim est non esse quale oportet quod ab iracundo & inclementer dicitur. Neque aliter de actionibus,

Tum facinus nimiæ feritatis in Hectora dium
Incepit: Patrocli quem pronum ad strata tetendit.

Sed & superindictis prudenter utitur, suam quasi sententiam de aliorum factis aut sermonibus pronuntians: ut cum de Martis adulterio sic loquentes facit Deos,

Non

Οὐκ ἀρετᾷ κακὰ ἔργα· κιχάνει τοι βραδὺς ὠκύν·

ἐπὶ δὲ τῆς τοῦ Ἕκτορος ὑπερφροσύνης καὶ μεγαλαυχίας,

Ὡς ἔφατ' εὐχόμενος· νεμέσησε δὲ πότνια Ἥρη·

ἐπὶ δὲ τῆς Πανδάρου τοξείας,

Ὡς φάτ' Ἀθηνάιη, τῷ δὲ φρένας ἄφρονι πεῖθεν.

αὗται μὲν οὖν αἱ τῶν λόγων ἀποφάσεις καὶ δόξαι, παντός εἰσι καπιδεῖν τοῦ προσέχοντος.

ιζ'. Ἑτέρας δ' ἐκ τῶν πραγμάτων αὐτῶν παρέχουσι μαθήσεις, ὥσπερ ὁ Εὐριπίδης εἰπεῖν λέγεται πρὸς τοὺς τὸν Ἰξίονα λοιδορουμένους, ὡς ἀσεβῆ καὶ μιαρόν, οὐ μέντοι πρότερον * αὐτὸν ἐκ τῆς σκηνῆς ἐξήγαγον ἢ τῷ τροχῷ προσηλῶσαι.

ιη'. Παρὰ δὲ Ὁμήρῳ σιωπώμενόν ἐστι τὸ τοιοῦτον γένος τῆς διδασκαλίας· * ἔχει δὲ ἀναθεώρησιν ὠφέλιμον ἐπὶ τῶν διαβεβλημένων μάλιστα μύθων οὓς ταῖς πάλαι μὲν ὑπονοίαις, ἀλληγορίαις δὲ νῦν λεγομέναις παραβιαζόμενοι καὶ διαστρέφοντες ἔνιοι, μοιχευομένην φασὶν Ἀφροδίτην ὑπὸ Ἄρεως,

Non prosunt malefacta: citum quit prendere tardus.
De Hectoris vero elata atque superba oratione:
Sic optans loquitur: succenset maxima Juno.
De Pandari vero jaculatione:
Sic ait, amentisque movet præcordia Pallas.
Hæc igitur aperte prolata judicia atque opinionem nemo attentus non viderit.

17. Alia vero ex rebus ipsis præbent disciplinæ, sicut Euripidem ferunt dixisse cum aliqui Ixiona ipsius ut sceleratum atque impium calumniarentur: Atqui non dimisi eum de scena nisi rotæ impactum.

18. At hoc docendi genus apud Homerum silentio premitur. Habet & hoc tamen usum suum, & quidem utilem, siquis fabulas etiam quæ maxime accusentur propius consideret. Sunt sane qui has abstrusis interpretationibus, quas allegorias vocant, vi facta detorquent, ut cum per Venerem Marti adulterantem & à Sole indicatum significari volunt,

Αρεως, * μηνύειν τὸν ἥλιον, ὅτι τῷ τῆς Αφροδίτης ἀστέρι συνελθὼν ὁ τοῦ Αρεως, μοιχικὰς ἀποτελεῖ γενέσεις· ἡλίου δὲ ἐπαναφερομένου καὶ καταλαμβάνοντος, οὐ λανθάνουσιν. τὸν δὲ τῆς Ηρας καλλωπισμὸν ἐπὶ τὸν Δία, καὶ * τὴν περὶ τὸν κεστὸν γοητείαν, ἀέρος τινὸς κάθαρσιν εἶναι βούλονται, * τῷ πυρώδει πλησιάζοντος· ὥσπερ οὐκ αὐτοῦ τὰς λύσεις τοῦ ποιητοῦ διδόντος. ἐν μὲν γὰρ τοῖς περὶ τῆς Αφροδίτης διδάσκει τοὺς προσέχοντας, ὅτι μουσικὴ φαύλη καὶ ᾄσματα πονηρὰ καὶ λόγοι μοχθηρὰς ὑποθέσεις λαμβάνοντες, ἀκόλαστα ποιοῦσιν ἤθη, καὶ βίους ἀνάνδρους, καὶ ἀνθρώπους τρυφὴν καὶ μαλακίαν καὶ γυναικοκρασίαν ἀγαπῶντας,

Εἵματά τ' ἐξημοιβά, λοετρά τε θερμὰ * καὶ εὐνάς.

διὸ καὶ τὸν Οδυσσέα τῷ κιθαρῳδῷ προστάττοντα πεποίηκεν,

Αλλά γε δὴ μετάβηθι, καὶ ἵππου κόσμον ἄεισον,

καλῶς * ὑφηγούμενος τὸ παρὰ τῶν σωφρόνων καὶ νοῦν ἐχόντων χρῆναι λαμβάνειν τοὺς μουσικοὺς καὶ ποιητικοὺς τὰς ὑποθέσεις.

ιθʹ. Εν

Martis sidus cum Veneris sidere conjunctum efficere genituram hominum adulteriis deditorum: quod si Sol superveniat eis sideribus atque ea quasi deprehendat, non solere culpam ita natorum delitescere. Junonis quoque ad Jovem accessuræ ornatum & circa cestum præstigias nihil esse aliud quam aëris ad ignem accedentis purgationem, quasi vero non ipse Poëta solvisset hos nodos. Nam in illa de Venere fabula docet attentos omnes, à malis obscœnisque carminibus & oratione argumentum sibi fœdum sumente mores reddi intemperantes, vitam mollem & homines tales qui delitias ament luxumque & mulierum commercia,

Mutatosque habitus lectosque undasque calentes.

Unde & Ulyssem facit ita præcipientem fidicini,

Linque sed hæc, & equi nobis edissere molem:

egregie submonens cantoribus ac poëtis ab his qui prudentes modestique sunt argumenta esse petenda.

19. In

ιθ΄. Ἐν δὲ τοῖς περὶ τῆς Ἥρας, ἄριστα τὴν ἀπὸ τῶν φαρμάκων καὶ γοητείας, καὶ μετὰ δόλου πρὸς τοὺς ἄνδρας ὁμιλίαν καὶ χάριν ἔδειξεν οὐ μόνον ἐφήμερον καὶ ἁψίκορον καὶ ἀβέβαιον οὖσαν, ἀλλὰ καὶ μεταβάλλουσαν εἰς ἔχθραν καὶ ὀργὴν, ὅταν τὸ τῆς ἡδονῆς ἀπομαρανθῇ. τοιαῦτα γὰρ ὁ Ζεὺς ἀπειλεῖ καὶ λέγει πρὸς αὐτὴν,

Ὄφρα ἴδῃς ἤν τοι χραίσμῃ φιλότης τε καὶ εὐνὴ,
Ἣν ἐμίγης ἐλθοῦσα θεῶν ἄπο, καί μ' ἀπάτησας.

ἡ γὰρ τῶν φαύλων διάθεσις ἔργων καὶ μίμησις, ἂν προσαποδῷ τὴν συμβαίνουσαν αἰσχύνην καὶ βλάβην τοῖς ἐργασαμένοις, ὠφέλησεν οὐκ ἔβλαψε τὸν ἀκροώμενον.

κ΄. Οἱ γοῦν φιλόσοφοι παραδείγμασι χρῶνται, νουθετοῦντες καὶ παιδεύοντες ἐξ ὑποκειμένων· οἱ δὲ ποιηταὶ ταῦτα ποιοῦσι πλάττοντες αὐτοὶ πράγματα καὶ μυθολογοῦντες. ὁ μὲν οὖν Μελάνθιος εἴτε παίζων εἴτε σπουδάζων, ἔλεγε διασώζεσθαι τὴν Ἀθηναίων πόλιν ὑπὸ τῆς τῶν ῥητόρων διχοστασίας καὶ ταραχῆς. οὐ γὰρ ἀποκλίνειν ἅπαντας εἰς τὸν αὐτὸν τοῖχον,

19. In altera vero de Junone fabula præclare docuit, quæ veneficiis & præstigiis & fraudibus paratur mulierum ad viros gratiam non modo instabilem esse & quæ cito fastidium sui pariat, sed in odium quoque & iram verti ubi defloruerit voluptas. Nam hæc sunt quæ illi Jupiter comminando loquitur:

Ut videas numquid prosit tibi parta voluptas
Insidiis, Divisque venus quæsita relictis.

Narratio enim atque imitatio rerum inhonestarum, si addat probrum & noxam convenientem peccantibus, non jam obest sed prodest auditori.

20. Philosophi enim exemplis utuntur ut ex rebus veris alios instituant atque erudiant: at poëtæ idem faciunt fingentes quas narrent fabulas. Melanthius, joco an serio haud dixerim, aiebat servari Atheniensium civitatem discordiis oratorum: Fieri enim ut non omnes in eundem incumbant parietem, sed eis

χον, ἀλλὰ γίνεσθαί τινα τοῦ βλάπτοντος ἀνθολκὴν ἐν τῇ διαφορᾷ τῶν πολιτευομένων· αἱ δὲ τῶν ποιητῶν ὑπεναντιώσεις * πρὸς αὐτοὺς ἀνταναφέρουσαι τὴν πίστιν, οὐκ ἐῶσιν ἰσχυρὰν ῥοπὴν γενέσθαι πρὸς τὸ βλάπτον. ὅπου μὲν οὖν * αὐτοῖς τὸ τιθέναι συνεχὲς ἐκφανεῖς ποιεῖ τὰς ἀντιλογίας, δεῖ τῷ βελτίονι συνηγορεῖν. ὥσπερ ἐν τούτοις,

Πόλλ' ὦ τέκνον σφάλλουσιν ἀνθρώποις θεοί.
Τὸ ῥᾷστον εἶπας, αἰτιάσασθαι θεούς. καὶ πάλιν,
Χρυσοῦ σε πλῆθος, * τοῖσδε δ' οὐ χαίρειν χρεών.
Σκαιόν γε πλουτεῖν κ' ἄλλο μηδὲν εἰδέναι. καὶ,
* Τί δεῖ θεοὺς σέβειν σε κατθανούμενον;
Ἄμεινον. οὐδεὶς κάματος εὖ σέβειν θεούς.

τὰ γὰρ τοιαῦτα * τὰς λύσεις ἔχει προχείρους, ἐὰν, ὥσπερ εἴρηται, πρὸς τὰ βελτίονα τῇ κρίσει τοὺς νέους κατευθύνωμεν. ὅσα δὲ εἴρηται μὲν ἀτόπως, εὐθὺς δὲ οὐ λέλυται, ταῦτα δεῖ τοῖς * ἀλλαχόθι πρὸς τοὐναντίον εἰρημένοις ὑπ' αὐτῶν ἀνταναιρεῖν, μὴ ἀχθομένους τῷ ποιη-

τῇ

eis quæ nocitura ſunt remedium eſſe ex contraniſu atque æmulatu aliorum rempublicam adminiſtrantium. Poëtarum certe dicta inter ſe contraria cum alia aliis fidem deſtruant non ſinunt magnum illis ad noxam inferendam momentum eſſe. Quoties igitur ita juxta ſe ſunt poſita ut manifeſta ſit pugna, oportet nos parti meliori accedere, ut in hiſce:

A. *O nate, fallunt ſæpe nos homines Dei.*
B. *Quod facile loqueris, in Deos convitium.* Rurſum:
A. *Non hæc, ſed auri trahere vis te debuit.*
B. *Turpe eſſe ditem, ſcire præterea nihil.* Item:
A. *Nam quid Deos te colere moriturum attinet?*
B. *At ſatius hoc eſt. Nullus eſt pietas labor.*

Hæc enim omnia facile ſolvuntur, ſi ut diximus juvenum judicia ad id quod optimum eſt dirigamus. At ſiqua dicuntur præter rationem neque ſolvuntur, ſtatim hæc interimenda ſunt per alia quæ eidem alibi dixerunt; ita ut non poëtæ

τῇ μηδὲ χαλεπαίνοντας, ★ ἀλλὰ τοῖς ἐν ἤθει καὶ μετὰ παιδιᾶς λεγομένοις. εὐθύς, εἰ βούλει, πρὸς τὰς Ομηρικὰς τῶν θεῶν ῥίψεις ὑπ' ἀλλήλων, καὶ τρώσεις ὑπ' ἀνθρώπων, καὶ διαφορὰς καὶ ★ χαλεπότητας,

Οἶσθα καὶ ἄλλον μῦθον ἀμείνονα τοῦδε νοῆσαι·

καὶ νοεῖς νὴ Δία καὶ λέγεις κρεῖττον ἀλλαχόθι καὶ βέλτιον τὰ τοιαῦτα, --- θεοὶ ῥεῖα ζώοντες. καὶ,

Τῷ ἔνι τέρπονται μάκαρες θεοὶ ἤματα πάντα. καὶ,

Ὡς γὰρ ἐπεκλώσαντο θεοὶ δειλοῖσι βροτοῖσι
Ζώειν ἀχνυμένοις, αὐτοὶ δέ τ' ἀκηδέες εἰσίν.

★ αὗται γάρ εἰσιν ὑγιαίνουσαι περὶ θεῶν δόξαι καὶ ἀληθεῖς· ἐκεῖνα δὲ πέπλασται πρὸς ἔκπληξιν ἀνθρώπων, πάλιν Εὐριπίδου λέγοντος,

Πολλαῖσι μορφαῖς οἱ θεοὶ σοφισμάτων
Σφάλλουσιν ἡμᾶς κρείσσονες πεφυκότες,

οὐ χεῖρόν ἐστιν ὑπενεγκεῖν τό,

Εἰ θεοί τι δρῶσι φαῦλον, οὐκ εἰσὶν θεοί,

βέλτιον

poëtæ ſuccenſeamus eo nomine, ſed ipſis illis ſententiis quas illi ex perſonarum moribus aut per jocum proferunt. Exempli gratia cum narrat Homerus Deos alios ab aliis dejectos, aut ab hominibus vulneratos, aut inter ſe diſcordes atque iraſcentes:

Noſti alia his dictis multo meliora profari:

Certe noſti atque etiam meliora profaris alibi:

-- *Divi quibus eſt facile ævum.* Et:

Semper ubi gaudent ſuperi ſine fine beati. Item:

Hoc ſuperi dederant miſeris mortalibus ævum
Cum gemitu ut vivant, vacui mœroribus ipſi.

Hæ enim veræ ſunt atque ſanæ de Diis ſententiæ: at ſuperiora illa ad percellendos homines confiсta ſunt. Rurſum dicente Euripide;

Præſtigiarum mille nos fallunt modis
Superi, ut quibus mens viſque ſit præſtantior:

nihil nocebit illud ſubjicere,

Si turpe patrant quid Dei, non ſunt Dei,

quod

βέλτιον εἰρημένον ὑπ' αὐτοῦ. καὶ τοῦ Πινδάρου σφόδρα πικρῶς καὶ παροξυντικῶς εἰρηκότος,

Χρὴ δὲ πᾶν ἔρδοντ' ἀμαυρῶσαι τὸν ἐχθρόν·

★ἀλλ' αὐτός γε σὺ λέγεις, ὅτι

Τῷ πὰρ δίκαν γλυκεῖ πικροτάτα μένει
τελευτά.

★καὶ τοῦ Σοφοκλέους,

Τὸ κέρδος ἡδὺ, κἂν ἀπὸ ψευδῶν ᾖ·

καὶ μὴν σοῦ γε ἀκηκόαμεν ὡς,

Οὐκ ἐξάγουσι καρπὸν οἱ ψευδεῖς λόγοι.

πρὸς δὲ ἐκεῖνα τὰ περὶ πλούτου,

Δεινὸς γὰρ ἕρπειν πλοῦτος ★ἔς τε τἄβατα
★Καὶ πρὸς τὰ βατά· καὶ ὅποτ' ἂν πένης ἀνὴρ
★Οὐδ' εὐτυχῶν δύναιτ' ἂν ὧν ἐρᾷ τυχεῖν.
Καὶ γὰρ δυσειδὲς σῶμα καὶ δυσώνυμον,
Γλώσσῃ σοφὸν τίθησιν εὔμορφόν τ' ἰδεῖν·

ἀντιπαραθήσει πολλὰ τῶν Σοφοκλέους, ὧν καὶ ταῦτά ἐστι,

Γένοιτο

quod ab eodem rectius est dictum. Et ubi Pindarus acerbe nimium ac sæve dixit,

Quidvis agendo scilicet hostica
Delenda vis est,

subjice, At idem tu dicis:

Quod dulce præter jus fuit huic adest
Amara finis.

Et cum dicit Sophocles:

Lucrum omne dulce licet emas mendacio,

adde, Atqui ex te ipso audivimus,

Perferre frugem falsa negat oratio.

Tum vero illis quæ de divitiis sunt dicta:

Per invia atque pervia ex æquo invenit
Qua penetret aurum: pauper ut sit maxime
Felix, potiri vota quit nunquam sua.
At ore fœdos, nomine asperna-biles;
Pulchros, disertos, inclytos num-mus facit.

Opponi poterunt Sophoclea multa: hæc inter cætera,

Honore

Γένοιτο κἂν ἄπλουτος ἐν τιμαῖς ἀνήρ. καὶ,
Οὐδὲν κακίων πτωχὸς, εἰ καλῶς ★ φρονοῖ. καὶ,
--- ἀλλὰ τῶν πολλῶν καλῶν
τίς χάρις, εἰ κακόβουλος φροντὶς
ἐκτρέφει τὸν εὐαίωνα πλοῦτον;

ὁ δὲ Μένανδρος ἐπῆρε μὲν ἀμέλει τὴν φιληδονίαν καὶ ὑπεχαύνωσε τοῖς ἐρωτικοῖς καὶ διαπύροις ἐκείνοις,

Απανθ' ὅσα ζῇ καὶ τὸν ἥλιον βλέπει
Τὸν κοινὸν ἡμῖν, δοῦλα ταῦτ' ἐσθ' ἡδονῆς.

★πάλιν δ' ἐπέστρεψε καὶ περιέσπασε πρὸς τὸ καλὸν ἡμᾶς, καὶ τὴν θρασύτητα τῆς ἀκολασίας ἐξέκοψεν, εἰπὼν,

★Ονειδος αἰσχρὸς βίος ὅμως κἂν ἡδὺς ᾖ.

ταῦτα γὰρ ἐκείνοις μέν ἐστιν ὑπεναντία, ★ βελτίω δὲ ὅμως καὶ χρησιμώτερα. δυεῖν οὖν θάτερον ἡ τοιαύτη τῶν ἐναντίων ποίησει παράθεσις καὶ κατανόησις, ἢ μετάξει πρὸς τὸ βέλτιον, ἢ καὶ τοῦ χείρονος ἀποστήσει τὴν πίστιν.

κα'. Αν

Honore sæpe & pauper ornari solet. Et hoc:
Nihil hoc inops deterior est, bene qui sapit. Item:
Multis honestis quod decus aut nitor,
Si prava mentis consilia educant
Vitæ creatrices beatæ
Divitias?

At Menander excitavit nimium studium voluptatis atque inflammavit illis amatoriis & igneis versibus:

Quæcunque vivunt atque commune hoc jubar
Aspiciunt, parent hæc voluptati omnia.

Sed rursum evertit hoc nosque ad honestum retraxit, & intemperantiæ ferocitatem repressit cum dixit:

Turpe indecora vita, sit dulcis licet.

Hæc enim illis sunt contraria, simul autem & meliora atque utiliora. Alterum igitur præstabit hæc contrariorum inter se comparatio ac consideratio: aut ad meliora nos traducet, aut & pejoribus fidem detrahet.

D 21. Quod

κα΄. Ἂν δὲ αὐτοὶ μὲν μὴ διδῶσι * τῶν ἀπίστως εἰρημένων λύσεις, οὐ χεῖρόν ἐστιν ἑτέρων ἐνδόξων ἀποφάσεις ἀντιπαρατιθέναι, * ὥσπερ ἐπὶ ζυγοῦ, ῥέπειν πρὸς τὸ βέλτιον. οἷον, τοῦ Ἀλέξιδος κινοῦντος ἐνίους ὅταν λέγῃ,

Τὰς ἡδονὰς δεῖ συλλέγειν τὸν σώφρονα.

Τρεῖς δ' εἰσὶν αἵ γε τὴν δύναμιν κεκτημέναι

Τὴν ὡς ἀληθῶς συντελοῦσαν τῷ βίῳ,

Τὸ πιεῖν, τὸ φαγεῖν, τὸ τῆς Ἀφροδίτης τυγχάνειν,

Τὰ δ' ἄλλα προσθήκας * ἅπαντα χρὴ καλεῖν,

ὑπομνηστέον ὅτι Σωκράτης τοὐναντίον ἔλεγε, * τοὺς μὲν φαύλους ζῆν τοῦ ἐσθίειν καὶ πίνειν ἕνεκεν, τοὺς δ' ἀγαθοὺς ἐσθίειν καὶ πίνειν ἕνεκεν τοῦ ζῆν. Πρὸς δὲ τὸν γράψαντα, ποτὶ τὸν πονηρὸν οὐκ ἄχρηστον ὅπλον ἁ πονηρία, τρόπον τινὰ συνεξομοιοῦσθαι κελεύοντα τοῖς πονηροῖς, τὸ τοῦ Διογένους παραβαλεῖν ἐστιν. * ἐρωτηθεὶς γὰρ ὅπως ἄν τις ἀμύναιτο τὸν ἐχθρὸν, Αὐτὸς (ἔφη) καλὸς

21. Quod si ipsi qui non credenda dixerunt eorundem solutionem non dederint, nihil nocebit oppositas aliorum auctorum non minus illustrium sententias velut in libra contrapendere & ad id quod rectius est vergere. Ut si quos forte moverint Alexidis illa:

Sapientis opus est operam deliciis dare:

Tres quarum in numero sunt pollentes maxime,

Vitæ consummant quæ beatitudinem,

Potare & edere & veneris fructus carpere:

Accessionis alia habenda sunt vicem.

monendi erunt longe aliud dixisse Socratem, pravos homines vivere ut edant ac bibant, probos autem esse & bibere ut vivant. Sic adversus eum qui scripserat:

Contra malos malitia telum neutiquam est inutile:

atque ita nos quodammodo similes fieri malis hominibus erat hortatus; non male objicias illud Diogenis, qui interrogatus quomodo ultio ab inimico sumi posset, Si tu, inquit, vir pro-

λὸς κἀγαθὸς γενόμενος. *δεῖ δὲ τῷ Διογένει καὶ πρὸς τὸν Σοφοκλέα χρήσασθαι. πολλὰς γὰρ ἀνθρώπων μυριάδας *ἐμπέπληκεν ἀθυμίας περὶ τῶν μυστηρίων ταῦτα γράψας, *ὡς τρισόλβιοι

Κεῖνοι βροτῶν οἳ ταῦτα δερχθέντες τέλη,
Μόλωσ᾽ ἐς ᾅδου· τοῖσδε γὰρ μόνοις ἐκεῖ
Ζῆν ἔστι, τοῖς δ᾽ ἄλλοισι πάντ᾽ ἐκεῖ κακά.

Διογένης δὲ ἀκούσας τι τοιοῦτον, Τί λέγεις; (ἔφη) κρείττονα μοῖραν ἕξει Παταικίων ὁ κλέπτης ἀποθανὼν, ἢ Ἐπαμινώνδας, ὅτι μεμύηται; Τιμοθέῳ μὲν γὰρ ᾄδοντι τὴν Ἄρτεμιν ἐν τῷ θεάτρῳ μαινάδα, θυάδα, φοιβάδα, λυσσάδα, Κινησίας εὐθὺς ἀντεφώνησε, Τοιαύτη σοι θυγάτηρ γένοιτο. χάριεν δὲ καὶ τὸ τοῦ Βίωνος πρὸς τὸν Θέογνιν λέγοντα,

Πᾶς γὰρ ἀνὴρ πενίῃ δεδμημένος, οὔτε τι εἰπεῖν,
Οὔθ᾽ ἔρξαι δύναται· γλῶσσα δέ οἱ δέδεται·

Πῶς οὖν σὺ πένης ὢν φλυαρεῖς τοσαῦτα καὶ καταδολεσχεῖς ἡμῶν;

κβ'. Δεῖ

probus ſis. Eodem Diogene & contra Sophoclem uti debemus. Multos enim homines deſperatione implevit cum de myſteriis ipſe dixiſſet: *Felices nimis,*

Initia quotquot iſta cum conſpexerint
Eunt ad orcum: namque eos ſolos manet
Ibi vita; reliquos, miſerias præter, nihil.

Diogenes autem cum tale quid audiiſſet: Quid? ait, meliore igitur loco poſt mortem erit Patæcio fur Epaminonda, quod ille fuerit initiatus? Timotheo autem in theatro Dianam invocanti:

Exſenſa, amens, limphata, furens:

Cineſias ſtatim contra clamavit: Talis tibi filia contingat. Feſtivum & illud Bionis ad Theognidem qui dixerat:

Nam cui paupertas eſt addita, nil facere audet,
Nil fari: linguam ferrea vincla premunt.

Quomodo tu igitur pauper cum ſis, hæc nobis garris atque nugaris?

κβʹ. Δεῖ δὲ μηδὲ τὰς ἐκ τῶν παρακειμένων ἢ συμφραζομένων παραλιπεῖν ἀφορμὰς πρὸς τὴν ἐπανόρθωσιν· ἀλλ' ὥσπερ οἱ ἰατροὶ τῆς κανθαρίδος οὔσης θανασίμου, τοὺς πόδας ὅμως καὶ τὰ πτερὰ βοηθεῖν οἴονται, καὶ ἀναλύειν τὴν δύναμιν· οὕτως ἐν τοῖς ποιήμασι κἂν ὄνομα κἂν ῥῆμα παρακείμενον ἀμβλυτέραν ποιῇ τὴν πρὸς τὸ χεῖρον ἀπαγωγὴν, ἐπιλαμβάνεσθαι καὶ προσδιασαφεῖν, ὡς ἐπὶ τούτων ἔνιοι ποιοῦσι,

Τοῦτό νύ που γέρας ἐστὶν ὀϊζυροῖσι βροτοῖσι,
Κείρασθαί τε κόμην, βαλέειν τ' ἀπὸ δάκρυ παρειῶν. καὶ,
Ὡς γὰρ ἐπεκλώσαντο θεοὶ δειλοῖσι βροτοῖσι
Ζώειν ἀχνυμένοις.

οὐ γὰρ ἁπλῶς εἶπε καὶ πᾶσιν ἀνθρώποις ὑπὸ θεῶν ἐπικεκλῶσθαι λυπηρὸν βίον, ἀλλὰ τοῖς ἄφροσι καὶ ἀνοήτοις, ★οὓς δειλαίους καὶ οἰκτροὺς διὰ μοχθηρίαν ὄντας, εἴωθε δειλαίους καὶ ὀϊζυροὺς προσαγορεύειν.

κγʹ. Ἄλλος τοίνυν τρόπος ἐστὶ τὰς ἐν τοῖς ποιήμασιν

ὑποψίας

22. Sed neque negligendæ ſunt occaſiones eorum quæ juxta adjacent aut non multum ſejuncta dicuntur, ſiquid forte ad emendationem dictorum valeant: ſed ſicut medici pedes & alas cantharidis quæ ipſa letifera eſt, valere aiunt ad arcendam vim noxiam: ſic & in poëmatis ſive nomen ſive verbum aliquod adeſt quo illa in partem ſequiorem retundatur tractio, arripiendum atque annotandum eſt, ut in iſtis quidam fecere:

Namque honor hic functis miſero mortalibus ævo,
Tonderi caput & lachrymas effundere ſalſas.

Et:

Hoc ſuperi dederant miſeris mortalibus ævum
Cum gemitu ut vivant.

Non enim nude dixit omnibus hominibus vitam lamentabilem à Diis aſſignatam, ſed imprudentibus atque inſipientibus, quos, quia ob ſua vitia miſerabiles ſunt, ideo ſæpe miſeros & infelices vocat.

23. Eſt & alius modus ea quæ in poëmatis ſuſpecta ſunt

in

ὑποψίας πρὸς τὸ βέλτιον ἐκ τοῦ χείρονος μεθιστάς, ὁ διὰ τῶν ὀνομάτων τῆς συνηθείας, ★ περὶ ὃν χρὴ τὸν νέον γεγυμνάσθαι μᾶλλον ἢ περὶ τὰς λεγομένας γλώττας. ἐκεῖνο μὲν γάρ, φιλολόγον καὶ οὐκ ἀηδές, ★ ὅτι ῥιγεδανή, κακοθάνατός ἐστιν, εἰδέναι· ★ δάνον γὰρ Μακεδόνες τὸν θάνατον καλοῦσι. καμμονίην δὲ νίκην Αἰολεῖς, τὴν ἐξ ἐπιμονῆς καὶ καρτερίας· Δρύοπες δὲ πίπους τοὺς δαίμονας.

κδ'. Τοῦτο δὲ ἀναγκαῖον καὶ χρήσιμον, εἰ μέλλοιμεν ἐκ τῶν ποιημάτων ὠφεληθήσεσθαι καὶ μὴ βλαβήσεσθαι, τὸ γινώσκειν πῶς τοῖς τῶν θεῶν ὀνόμασιν οἱ ποιηταὶ χρῶνται, καὶ πάλιν τοῖς τῶν κακῶν καὶ ἀγαθῶν· καὶ τί τὴν ψυχὴν καὶ τὴν μοῖραν νοοῦντες ὀνομάζουσι· καὶ πότερον ταῦτα τῶν ἁπλῶς ἢ τῶν πολλαχῶς λεγομένων ἐστὶ παρ' αὐτοῖς, ὥσπερ ἄλλα πολλά. καὶ γὰρ οἶκον, ποτὲ μὲν τὴν οἰκίαν καλοῦσιν,

★ Οἶκον ἐς ὑψόροφον·

ποτὲ δὲ τὴν οὐσίαν·

Ἐσθίεται

in melius trahendi ex uſu nominum apud poëtam quemque. Et hoc eſt in quo magis exerceri juvenem convenit quam circa gloſſemata quæ dicuntur. Nam elegans quidem illud nec inſuave eſt diſcere, ῥιγεδανῆς voce eum ſignificari qui malo fato moriatur, quia mortem Macedones δάνον vocent: καμμονίην vero Æoles victoriam appellant eam quæ ex perſtando & perſeverando naſcitur. Dryopes Deos πόπους.

24. Hoc vero etiam utile ac neceſſarium, ſi modo ex poëmatis proficere non per ea lædi volumus, ſcire quomodo Deorum nominibus poëtæ utantur: item quid bonum quid malum vocent, quid intelligant cum animam cumque Parcam appellant: & ſint ne hæc ex eorum numero quæ unum habeant ſignificatum, an quæ plures, qualia ſunt multa. Nam οἶκον interdum vocant domum ut in verbis Græcis illis quæ ſic licet transferre:

In ſublime domus:

interdum vero rem cujuſque ac facultates, ut in illo loco qui Latine ſignificat:

At

Ἐσθίεταί μοι οἶκος.

καὶ τὸν βίον ποτὲ μὲν τὸ ζῆν,

--- * ἀμενηνώσε δὲ οἱ αἰχμὴν

Κυανοχαίτα Ποσειδάων βιότοιο μεγήρας·

ποτὲ δὲ τὰ χρήματα,

--- βίοτον δέ μοι ἄλλοι ἔδουσι.

* καὶ τῷ ἀλύειν ποτὲ μὲν ἀντὶ τοῦ δάκνεσθαι καὶ ἀπορεῖσθαι κέχρηται,

Ὣς ἔφαθ'· ἡ δ' ἀλύουσ' ἀπεβήσετο, τείρετο δ' αἰνῶς.

ποτὲ δὲ ἀντὶ τοῦ γαυριᾶν καὶ χαίρειν,

* Ἦ ἀλύεις ὅτι Ἶρον ἐνίκησας τὸν ἀλήτην;

* καὶ τῷ θοάζειν ἢ τὸ κινεῖσθαι σημαίνουσιν, ὡς Εὐριπίδης,

Κῆτος θοάζον ἐξ Ἀτλαντικῆς ἁλός·

* ἢ τὸ καθέζεσθαι καὶ θαάσσειν, ὡς Σοφοκλῆς,

Τίνας ποθ' ἕδρας τάσδε μοι θοάζετε

* Ἱκτηρίοις κλάδοισιν ἐξεστεμμένοι;

κε'. Χαρίεν δὲ καὶ τὸ τὴν χρείαν τῶν ὀνομάτων συνοικειοῦν τοῖς

At mihi res editur:
Sic vita modo id est quod plerumque ea vox denotat, ut cum dicitur,

iratus at illi
Neptunus vitæ vetuit durare vigorem:

modo pecunia, ut in illo versu qui Latine significat,

alios pascit quæ parta mihi res.

Ἀλύειν quoque interdum est angi atque cruciari, ut in illo versu,

Sic ait: illa animo fugit anxia, seque remordet.

interdum vero exultare & gaudere, ut in illo:

Mendicumne Irum tanta est vicisse voluptas?

Et verbo θοάζειν modo utuntur pro moveri, ut Euripides illo loco;

Pistrix profundo se ex Atlanteo ciens.

modo pro sedere, ut Sophocles cum dicit:

Hæc quæ insidetis dicite age quæ sint loca
Vos quibus obumbrant supplices rami caput.

25. Etiam illud venustate non caret, usum nominum aptare subjectis

τοῖς ὑποκειμένοις πράγμασιν, ★ ὡς οἱ γραμματικοὶ διδάσκουσιν, ἄλλην πρὸς ἄλλα δύναμιν λαμβανόντων· οἷόν ἐστι,

★ Νῆ' ὀλίγην αἰνεῖν, μεγάλῃ δ' ἐνὶ φορτία θέσθαι.

τῷ μὲν γὰρ αἰνεῖν σημαίνεται τὸ ἐπαινεῖν. αὐτῷ δὲ τῷ ἐπαινεῖν ἀντὶ τοῦ παραιτεῖσθαι νῦν κέχρηται, καθάπερ ἐν τῇ συνηθείᾳ καλῶς φαμὲν ἔχειν, καὶ χαίρειν κελεύομεν, ὅταν μὴ δεώμεθα μηδὲ λαμβάνωμεν. οὕτω δὲ καὶ τὴν ἐπαινὴν, Περσεφόνειαν ἔνιοι φασίν, ὡς παραιτητὴν, εἰρῆσθαι. ★ ταύτην δὴ τὴν διαίρεσιν καὶ τὴν διάκρισιν τῶν ὀνομάτων ἐν τοῖς μείζοσι καὶ σπουδαιοτέροις παραφυλάττοντες, ἀπὸ τῶν θεῶν ἀρχώμεθα διδάσκειν τοὺς νέους, ὅτι χρῶνται ★ τοῖς τῶν θεῶν ὀνόμασιν οἱ ποιηταὶ, ποτὲ μὲν αὐτῶν ἐκείνων ἐφαπτόμενοι τῇ ἐννοίᾳ, ποτὲ δὲ δυνάμεις τινὰς ὧν οἱ θεοὶ δωτῆρές ★ εἰσι καὶ καθηγεμόνες, ὁμωνύμως προσαγορεύοντες. οἷον εὐθὺς ὁ Ἀρχίλοχος, ὅταν μὲν εὐχόμενος λέγῃ,

* Κλῦθ' ἄναξ Ἥφαιστε, καί μοι σύμμαχος γουνουμένῳ
Ἵλαος γενοῦ, χαρίζευ δ' οἷά περ χαρίζεαι,

αὐτὸν τὸν θεὸν ἐπικαλούμενος δῆλός ἐστιν· ὅταν δὲ τὸν ἄν-
δρα

jectis rebus, cum, ut Grammatici docent, alibi vim habeant aliam: quale est,

Lauda equidem navim parvam, magnæ insere merces.

Heic illud *lauda* pro *recusa* positum est, sicut in sermone communi valere jubemus id cujus non opus est nobis quodque non libet accipere: unde & Proserpinam ἐπαινὴν dictam sunt qui putent quod omnes eam aspernentur. Hoc igitur discrimen atque hanc dinotionem vocum etiam in majoris momenti rebus observantes ac de Deis sumentes exordium, doceamus juvenes morem esse poëtarum uti Deorum nominibus, nunc quidem ad ipsorum respicientes naturam, nunc vero minus proprie notantes vim ac munera quorum Dii illi auctores sunt. Nam cum inter precandum dicit Archilochus:

O Pater Vulcane me audi, te genu flexo precor,
Adjuva me & munerare munerari quæ soles.

aperte satis ostendit ipsum Deum à se significari. At vero ubi sororis

δρα τῆς ἀδελφῆς ἠφανισμένον * ἐν θαλάττῃ, καὶ μὴ τυχόντα νομίμου * ταφῆς, λέγῃ, θρηνῶν, μετριώτερον ἂν τὴν συμφορὰν ἐνεγκεῖν,

* Εἰ κείνου κεφαλὴν καὶ χαρίεντα μέλεα
Ἥφαιστος καθαροῖσιν ἐν εἵμασιν ἀμφεπολήθη,

τὸ πῦρ οὕτως οὐ τὸν θεὸν προσηγόρευσε. πάλιν δὲ ὁ μὲν Εὐριπίδης εἰπὼν ἐν ὅρκῳ,

Μὰ τὴν μετ' ἄστρων Ζῆν' * Ἄρη τε φοίνιον,

αὐτοὺς τοὺς θεοὺς ὠνόμακε. τοῦ δὲ Σοφοκλέους λέγοντος,

Τυφλὸς γάρ, ὦ γυναῖκες, οὐδ' ὁρῶν Ἄρης
Συὸς προσώπῳ πάντα τυρβάζει κακά,

τὸν πόλεμόν ἐστιν ὑπακοῦσαι. * καθάπερ αὖ τὸν χαλκόν, Ὁμήρου λέγοντος,

Τῶν νῦν αἷμα κελαινὸν ἐΰῤῥοον ἀμφὶ Σκάμανδρον
Ἐσκέδασ' ὀξὺς Ἄρης.

κϛ'. Πολλῶν οὖν οὕτω λεγομένων, εἰδέναι δεῖ καὶ μνημονεύειν ὅτι καὶ τῷ τοῦ Διὸς καὶ Ζηνὸς ὀνόματι, ποτὲ μὲν τὸν θεόν, ποτὲ

ris maritum in mari mortuum & ſepulturæ juſtæ non factum compotem lugens tolerabiliorem ait dolorem futurum fuiſſe,

Florida ſi ſaltem membra caputque viri
Veſtibus in puris ambiſſet Mulciberi vis:

ignem non Deum ita appellavit. Rurſum Euripides cum in juramento poſuit:

Non per Jovem inter aſtra, Martemque horridum,

ipſos Deos voluit ſignificatos. At cum Sophocles dicit:

Mars, ô mulieres, cæcus hirſutæ ſuis
Velut ore frendens cuncta commiſcet mala:

bellum par eſt intelligi: ſicut ferrum Homero dicente,

Quorum ater ſanguis Marte eſt effuſus acuto
Flumen apud liquidum Xanthi.

26. Hunc vero ad modum cum plurima dicantur, meminiſſe oportet Jovis quoque ſive Dieſpitris nomine Deum interdum, alias

ποτὲ δὲ τὴν τύχην, πολλάκις δὲ τὴν εἱμαρμένην προσαγορεύουσιν. ὅταν μὲν γὰρ λέγουσι,

★ Ζεῦ πάτερ, Ἴδηθεν μεδέων, καὶ,

Ὦ Ζεῦ, τίς εἶναί φησι σοῦ σοφώτερος;

τὸν θεὸν αὐτὸν λέγουσιν· ★ ὅταν δὲ ταῖς αἰτίαις τῶν γινομένων πάντων ἐπονομάζωσι τὸν Δία, καὶ λέγωσι,

★ Πολλὰς δ' ἰφθίμους ψυχὰς ἄϊδι προΐαψε·

-- Διὸς δ' ἐτελείετο βουλή,

τὴν εἱμαρμένην. ★ οὐ γὰρ τὸν θεὸν ὁ ποιητὴς οἴεται κακομηχανᾶσθαι τοῖς ἀνθρώποις, ἀλλὰ τὴν τῶν πραγμάτων ἀνάγκην ὀρθῶς ὑποδείκνυσιν, ὅτι καὶ πόλεσι καὶ στρατοπέδοις καὶ ἡγεμόσιν, ἂν μὲν σωφρονῶσιν, εὖ πράττειν πέπρωται καὶ κρατεῖν τῶν πολεμίων. ἂν δὲ εἰς πάθη καὶ ἁμαρτίας ἐμπεσόντες, ὥσπερ οὗτοι, διαφέρωνται πρὸς ἀλλήλους καὶ στασιάζωσιν, ἀσχημονεῖν καὶ ἐκταράττεσθαι καὶ κακῶς ἀπαλλάττειν.

★ Εἱμαρμένον γὰρ τῶν κακῶν βουλευμάτων

Κακὰς

alias vero fortunam, fatum vero nonnunquam indicari. Nam cum dicunt:

Jupiter ex Ida qui consulis:
item:

Quis sapere plus te speret, ô Rex
Jupiter?

ipsum Deum significant: ubi vero de eventuum quorumlibet caussis agentes Jovem nominant ac dicunt:

Multasque illustres animas dejecit ad orcum,
Jovis est impleta voluntas.

fatum significant. Neque enim Deum ipsum poëta existimat mala hominibus struere, sed ipsam rerum necessitatem pulchre ostendit: Nimirum & urbibus & castris & ducibus, si prudentia utantur, fatale esse ut & bene rem gerant & hostibus sint superiores: Sin affectibus & vitiis impliciti, ut Græci illi, inter se discordes sint ac seditionibus agitentur, sequi ut turpiter se dent, confundantur omnia, res denique male vertant:

Fatale namque hoc genere in humano, mala

E Con-

Κακὰς ἀμοιβὰς ἐπὶ καρπώσασθαι βροτοῖς.

καὶ μὴν ὁ Ἡσίοδος τὸν Προμηθέα ποιῶν τῷ Ἐπιμηθεῖ παρακελευόμενον, --- * μή ποτε δῶρον

Δέξασθαι παρὰ Ζηνὸς ὀλυμπίου, ἀλλ' ἀποπέμπειν,

ἐπὶ τῇ τῆς τύχης δυνάμει * τῷ Διὸς ὀνόματι κέχρηται· τὰ γὰρ τυχηρὰ τῶν ἀγαθῶν, Διὸς δῶρα κέκληκε, πλούτους καὶ γάμους καὶ ἀρχὰς, καὶ πάντα ὅλως τὰ ἐκτὸς, ὧν ἡ κτῆσις ἀνόνητός ἐστι τοῖς χρῆσθαι καλῶς μὴ δυναμένοις· διὸ καὶ τὸν Ἐπιμηθέα φαῦλον ὄντα καὶ ἀνόητον, οἴεται δεῖν φυλάττεσθαι καὶ δεδιέναι τὰς εὐτυχίας, ὡς βλαβησόμενον καὶ διαφθαρησόμενον ὑπ' αὐτῶν. καὶ πάλιν ὅταν λέγῃ,

Μηδέποτ' οὐλομένην * πενίην θυμοφθόρον ἀνδρὶ

* Τέτλαθ' ὀνειδίζειν, μακάρων δόσιν αἰὲν ἐόντων,

θεόσδοτον νῦν τὸ τυχηρὸν εἴρηκεν, ὡς οὐκ ἄξιον ἐγκαλεῖν τοῖς * διὰ τὴν τύχην πενομένοις, ἀλλὰ τὴν μετ' ἀργίας καὶ ῥαθυμίας καὶ μαλακίας καὶ * πολυτελείας ἀπορίαν, αἰσχρὰν καὶ ἐπο-

Consilia fructus ut simul pariant malos.

Hesiodus vero ubi à Promotheo admoneri Epimethea facit:

ne munere quoquam

Ab Jove ditari cupiat, sed dona recuset:

de Fortunæ potentia nomen Jovis usurpavit. Bona enim fortuita Jovis munera appellavit, divitias, nuptias, imperia, externa denique omnia, quorum inutilis est possessio his qui uti recte nesciunt: quare Epimetheo utpote vitioso atque imprudenti cavenda & metuenda existimat fortunæ prospera ut quæ læsura ipsum ac corruptura sint. Rursum cum dicit:

Ne cui pauperiem mortalia corda domantem

Objectes, quando dono datur illa Deorum:

A diis dari dixit quod fortuitum est, quasi æquum non sit insultare his qui per fortunam inopes sunt, sed ea demum turpis sit atque vituperabilis inopia, quæ ex otio & socordia mollitieque & pro-

ἐπονείδιστον οὖσαν. οὔπω γὰρ αὐτὸ τοὔνομα τῆς τύχης λέγοντες, εἰδότες δὲ τὴν τῆς ἀτάκτως καὶ ἀορίστως περιφερομένης αἰτίας δύναμιν ἰσχυρὰν καὶ ἀφύλακτον οὖσαν ἀνθρωπίνῳ λογισμῷ, τοῖς τῶν θεῶν ὀνόμασιν ἐξέφραζον· ὥσπερ ἡμεῖς καὶ πράγματα, καὶ ἤθη, καὶ νὴ Δία λόγους καὶ ἄνδρας εἰώθαμεν δαιμονίους καὶ θείους προσαγορεύειν.

κζ'. Τούτῳ δὴ τὰ πολλὰ ★ τῶν ἀτόπως περὶ τοῦ Διὸς λέγεσθαι δοκούντων ★ ἐπανορθωτέον· ὧν ἐστι καὶ ταῦτα,

Δοιοὶ γάρ τε πίθοι κατακείαται ἐν Διὸς οὔδει
Κηρῶν ἔμπλειοι, ὁ μὲν ἐσθλῶν, αὐτὰρ ὁ δειλῶν. καὶ,
Ὅρκια μὲν Κρονίδης ὑψίζυγος οὐκ ἐτέλεσσεν,
Ἀλλὰ κακὰ φρονέων τεκμαίρεται ἀμφοτέροισι. καὶ,
--- τότε γάρ ῥα κυλίνδετο πήματος ἀρχὴ
Τρωσί τε καὶ Δαναοῖσι, Διὸς μεγάλου διὰ βουλάς,

ὡς περὶ τῆς τύχης ἢ τῆς εἱμαρμένης λεγομένων, ★ ἐν αἷς τὸ ἀσυλλόγιστον ἡμῖν τῆς αἰτίας, καὶ ὅλως οὐ καθ' ἡμᾶς. ὅπου δὲ

τὸ

profusione nascitur. Nam cum illis temporibus Fortunæ vox nondum exstaret, ac facile tamen agnoscerent causæ ejus quæ sine ordine ac fine certo fertur vim magnam humanæ rationi inevitabilem, hanc ipsam Deorum nominibus sunt elocuti: sicut nos quoque & res & mores, verba quinetiam & homines divinos dicimus.

27. Hoc modo corrigenda sunt pleraque eorum de Jove quæ dicuntur, quorum hæc sunt:

Stant urnæ geminæ Jovis ipso in limine, quarum
Hæc plena est miseris, felicibus altera fatis. Et:
Hæc illis jurata, sed hæc rata noluit esse
Jupiter, ambobus monstrans se dira parare. Item:
Ex illo causæ Phrygibus Danaisque malorum
Fluxere, imperio magno Jovis omnipotentis.

Dicta enim hæc partim de Fato, partim de Fortuna, quorum effectus non sunt nostræ potestatis, neque eorum causæ à nobis possunt deprehendi. Ubi vero

 de

τὸ προσῆκον καὶ κατὰ λόγον καὶ εἰκός ἐστιν, ἐνταῦθα κυρίως ὀνομάζεσθαι τὸν θεὸν νομίζομεν· ὥσπερ ἐν τούτοις,

Αὐτὰρ ὁ τῶν ἄλλων ἐπεπωλεῖτο * στίχας ἀνδρῶν,
Αἴαντος δ' ἀλέεινε μάχην Τελαμωνιάδαο,
* Ζεὺς γάρ οἱ νεμέσα' ἂν ἀμείνονι φωτὶ μάχοιτο. καί,
Ζεὺς γὰρ τὰ μὲν τοιαῦτα φροντίζει βροτῶν,
Τὰ μικρὰ δ' ἄλλοις δαίμοσιν παρεὶς ἐᾷ.

κη'. * Σφόδρα δὲ δεῖ καὶ τοῖς ἄλλοις ὀνόμασι προσέχειν, κατὰ πολλὰ πράγματα κινουμένοις καὶ μεθισταμένοις ὑπὸ τῶν ποιητῶν. οἷόν ἐστι καὶ τὸ τῆς ἀρετῆς. ἐπεὶ γὰρ οὐ μόνον ἔμφρονας παρέχεται καὶ δικαίους καὶ ἀγαθοὺς ἐν πράξεσι καὶ λόγοις, ἀλλὰ καὶ δόξας ἐπιεικῶς καὶ δυνάμεις * περιποιεῖ, παρὰ τοῦτο ποιοῦνται καὶ τὴν εὐδοξίαν ἀρετὴν καὶ δύναμιν ὀνομάζοντες, ὥσπερ ἐλαίαν τὴν ἀπὸ τῆς ἐλαίας, καὶ φηγὸν τὸν ἀπὸ τῆς φηγοῦ καρπὸν ὁμωνύμως τοῖς φέρουσιν. ἂν οὖν ὁ νέος ἡμῖν ὅθεν μὲν λέγωσι,

Τῆς δ' ἀρετῆς ἱδρῶτα θεοὶ προπάροιθεν ἔθηκαν· καί,

* Τῆμος

de eo quod rectum bonumque & rationi consentaneum est agitur, ibi proprie Deum nominari censeamus: ut in istis,

Ille alios obiens uni pugnare cavebat
Ajaci Telamoniadæ, nam Jupiter illi
Succenset qui se meliorem Marte lacessit. Item:
Namque id genus res, Jupiter, mortalium
Curat: minora cæteris linquit Diis.

28. Sic & alia nomina diligenter observanda sunt quæ ad res diversas à poëtis transferri solent, quale est & virtutis. Nam quia virtus non tantum sapientes, justosque & probos exhibet in dictis factisque, sed plerumque & famam & potentiam conciliat se præditis, ideo videas & famam & potentiam virtutis interdum nomine appellari; quomodo olivam & nucem eodem sono fructum quo arborem nuncupamus. Juvenis ergo noster ubi reperiet:

Sudorem ante aditum virtutis Di posuerunt. Et:

Tunc

★ Τῆμος σφιν Δαναοὶ ἀρετῇ ῥήξαντο φάλαγγας· καί,
Εἰ δὲ θανεῖν θέμις, ὧδε θανεῖν καλὸν
Εἰς ἀρετὴν καταδυσαμένους βίον·

εὐθὺς οἰέσθω λέγεσθαι ταῦτα ★ περὶ τῆς ἀρίστης καὶ θειοτάτης ἕξεως ἐν ἡμῖν, ἣν ὀρθότητα λόγου καὶ ἀκρότητα λογικῆς φύσεως, καὶ διάθεσιν ὁμολογουμένην ψυχῆς νοοῦμεν.

κθʹ. Ὅταν δὲ ἀναγινώσκῃ πάλιν τό, τε,
Ζεὺς δ' ἀρετὴν ἄνδρεσσιν ὀφέλλει τε μινύθει τε·
καὶ τό, --- πλούτῳ δ' ἀρετὴ καὶ κῦδος ὀπηδεῖ·

μὴ καθήσθω τοὺς πλουσίους ἐκπεπληγμένος καὶ τεθηπώς, καθάπερ ὤνιον εὐθὺς ἀργυρίου τὴν ἀρετὴν ἔχοντας, μηδ' ἐπὶ τῇ τύχῃ κεῖσθαι τὴν αὐτοῦ φρόνησιν αὔξειν ἢ κολούειν νομίζων· ἀλλ' ἀντὶ δόξης ἢ δυνάμεως ἢ εὐτυχίας * ἤ τινος ὁμοίου τῇ ἀρετῇ κεχρῆσθαι ★ τὸν ποιητὴν ἡγείσθω. καὶ γὰρ τῇ κακότητι ποτὲ μὲν ἰδίως σημαίνουσι κακίαν καὶ μοχθηρίαν ψυχῆς, ὡς Ἡσίοδος,

Τὴν μὲν γὰρ κακότητα καὶ ἰλαδὸν ἔστιν ἑλέσθαι·

ποτὲ

Tunc inimicum agmen virtus perrupit Achivûm. Item:
Si moriendum est, ita dulce mori
Vitam ut virtus sorbeat in se:
statim intelligat agi de illa optima ac diviniſſima in nobis propenſione, quam & rationis rectitudinem, & naturæ ratione utentis faſtigium, & animæ ſecum conſenſum ſolemus appellare.

29. Iterum ubi legent:
Nunc virtutem homini minuit, nunc Jupiter auget. Et hoc:
divitias ſequitur virtuſque decuſque.

ne deſideat defixus in divitum admirationem, venerationemque, quaſi qui pecuniæ pretio virtutem parare poſſint, ac ne hoc quidem exiſtimet in fortuna eſſe poſitum ut prudentiam quis augeat aut minuat. Nam & mali voce modo id quod proprie vox indicat ſignificant, pravam ſcilicet animi conſtitutionem, ut Heſiodus in verſu qui Latine hoc ſignificat:

Namque malum amplecti facile eſt nullique laboris.

alias

ποτὲ δὲ ἄλλην τινὰ κάκωσιν, ἢ δυστυχίαν, ὡς Ὅμηρος,

Αἶψα γὰρ ἐν κακότητι βροτοὶ καταγηράσκουσιν.

ἐπεὶ καὶ τὴν εὐδαιμονίαν ἐξαπατηθείη τις ἂν * οὕτω τοὺς ποιητὰς οἰόμενος λέγειν, ὡς οἱ φιλόσοφοι λέγουσι τὴν παντελῆ τῶν ἀγαθῶν ἕξιν * ἢ κτῆσιν ἢ καὶ τελειότητα βίου κατὰ φύσιν εὐροοῦντος, ἀλλ' οὐχὶ καταχρωμένους πολλάκις, τὸ πλούσιον εὐδαίμονα καλεῖν, ἢ μακάριον, καὶ τὴν δύναμιν ἢ τὴν δόξαν, εὐδαιμονίαν. Ὅμηρος μὲν γὰρ ὀρθῶς κέχρηται τοῖς ὀνόμασιν,

Ὣς οὔτοι χαίρων τοῖσδε κτεάτεσσιν ἀνάσσω. καὶ Μένανδρος,

Ἔχω δὲ πολλὴν οὐσίαν, καὶ πλούσιος

* Καλοῦμ' ὑπὸ πάντων, μακάριος δ' ὑπ' οὐδενός.

Εὐριπίδης δὲ πολλὴν ἀπεργάζεται ταραχὴν καὶ σύγχυσιν, ὅταν λέγῃ,

Μή μοι γένοιτο λυπρὸς εὐδαίμων βίος· καὶ,

* Τί τὴν τυραννίδ' ἀδικίαν εὐδαίμονα

Τιμᾷς;

ἂν

alias vero vexationem aut miseriam, ut Homerus:

Nam cito mortales inter mala multa senescunt.

Neque vero leviter quis fallatur si existimet beatitudinem sic à poëtis dici quomodo a Philosophis, id est, consummatam rerum bonarum possessionem, aut perfectionem vitæ secundum naturam fluentis, & non interdum abuti eos vocabulo, ita ut divitem beatum vocent, & potentiam aut famam beatitudinem. Nam Homerus proprie admodum locutus dixit:

At me non multum juvat his incumbere partis.

Et Menander:

Divitias habeo ingentes, atque ideo vocor

Opulentus multis, at beatus nemini.

At Euripides hoc videtur agere ut judicium nobis confundat ac turbet cum dicit:

Ne mihi beata vita sit luctum ferens. Et:

Quid, nate, regnum quæ beata injuria est

Laudas?

nisi

ἂν μή τις, ὥσπερ εἴρηται, ταῖς μεταφοραῖς καὶ καταχρήσεσι τῶν ὀνομάτων ★ ἕπηται. ★ ταῦτα μὲν οὖν ἱκανῶς περὶ τύπων.

λʹ. Ἐκεῖνο δ' οὐχ ἅπαξ, ἀλλὰ πολλάκις * ὑπομνηστέον ἐπὶ τοὺς νέους, ἐνδεικνύμενον αὐτοῖς, * ὅτι μιμητικὴν ἡ ποίησις ὑπόθεσιν ἔχουσα, κόσμῳ μὲν καὶ λαμπρότητι χρῆται περὶ τὰς ὑποκειμένας πράξεις καὶ τὰ ἤθη, τὴν δὲ ὁμοιότητα τοῦ ἀληθοῦς οὐ προλείπει, τῆς μιμήσεως ἐν τῷ πιθανῷ τὸ ἀγωγὸν ἐχούσης. διὸ καὶ κακίας καὶ ἀρετῆς σημεῖα μεμιγμένα ταῖς πράξεσιν ἡ μὴ παντάπασι * τῆς ἀληθείας ὀλιγωροῦσα μίμησις συνεκφέρει, ὥσπερ ἡ Ὁμήρου πολλὰ πάνυ τοῖς Στωϊκοῖς χαίρειν φράζουσα, μήτε τι φαῦλον ἀρετῇ προσεῖναι, μήτε κακίᾳ χρηστὸν ἀξιοῦσιν, ἀλλὰ πάντως μὲν ἐν πᾶσιν ἁμαρτωλὸν εἶναι τὸν ἀμαθῆ, περὶ πάντα δ' αὖ ★ κατορθοῦν τὸν ἀστεῖον. ταῦτα γὰρ ἐν ταῖς σχολαῖς ἀκούομεν. ἐν δὲ τοῖς πράγμασι καὶ τῷ βίῳ τῶν πολλῶν, ★ κατ' Εὐριπίδην,

Οὐκ ἂν γένοιτο χωρὶς ἐσθλὰ καὶ κακά,
Ἀλλ' ἔστι τις σύγκρασις.

★ ἀνδ

nisi quis tralationem & abusionem nominum in interpretando sequatur. Ac de his quidem hæc satis.

30. Illud vero non dicendum semel, sed sæpe juvenibus inculcandum est, poëticam artem ut cui imitari sit propositum, ornatu quidem & splendore uti in actionibus ac moribus eloquendis, cæterum non solere discedere ab eo quod veri habeat speciem, quia ipsa imitatio in eo quod credibile est positas habet illecebras. Atque ideo quæ non plane verum negligit imitatio actionibus signa tum virtutis tum vitii admiscet; qualis est Homerica valere jubens Stoicos negantes virtuti quicquam vitiosum, aut vitio probum quicquam adesse posse, sed imprudentem hominem nunquam non peccare, eruditum semper id quod officii est facere. Talia enim in scholis audiuntur. At in rebus & vita multorum juxta Euripidem

Non est seorsim recta reperire ac mala,
Sed ista commiscentur.

Quin

★ ἄνευ δὲ τοῦ ἀληθοῦς μάλιστα μὲν ἡ ποιητικὴ τῷ ποικίλῳ χρῆται καὶ πολυτρόπῳ. τὸ γὰρ ἐμπαθὲς καὶ παράλογον καὶ ἀπροσδόκητον, ᾧ πλείστη μὲν ἔκπληξις ἕπεται, πλείστη δὲ χάρις, αἱ μεταβολαὶ ★ παρέχουσι τοῖς μύθοις. ★ τὸ δ' ἁπλοῦν, ἀπαθὲς καὶ ἄμυθον. ὅθεν οὔτε νικῶντας ἀεὶ πάντα ποιοῦσι τοὺς αὐτοὺς, οὔτ' εὐημεροῦντας, οὔτε κατορθοῦντας. ἀλλ' οὐδὲ τοῖς θεοῖς, ὅταν εἰς ἀνθρωπίνας ★ ἐμπέσωσι πράξεις, ἀπαθέσι χρῶνται καὶ ἀναμαρτήτοις, ἵνα μηδαμοῦ, τό, τε θέατρον καὶ τὸ ἐκπλῆττον ἀργῇ τῆς ποιήσεως ἀκίνδυνον ★ καὶ ἀνανταγώνιστον γινόμενον.

λα'. Οὕτως οὖν τούτων ἐχόντων, ἐπάγωμεν τοῖς ποιήμασι τὸν νέον μὴ τοιαύτας ἔχοντα τὰς δόξας περὶ τῶν καλῶν ἐκείνων καὶ μεγάλων ὀνομάτων, ★ ὡς ἄρα σοφοὶ καὶ δίκαιοι ἄνδρες ἦσαν, ἄκροι τε βασιλεῖς, καὶ κανόνες ἀρετῆς ἁπάσης καὶ ὀρθότητος· ἐπεὶ βλαβήσεται μεγάλα ★ δοκιμάζων ταῦτα καὶ τεθηπώς, ★ καὶ δυσχεραίνων μηδὲ

Quin etiam ubi à vero recedit ars poëtica, gaudet tamen multiplici varietate. Nam mutationes in fabula affectus movent & inopina atque inexspectata offerunt, unde & admiratio & delectatio sequitur. Nam quod uniforme est id vero nec affectus ciet, nec fabulæ convenit. Ideo non eosdem semper victores faciunt, non eosdem felices ubique, non eosdem recte omnia agentes: ac ne Deos quidem quoties hominum negotiis interveniunt, aut affectibus vacuos faciunt, aut vitiorum immunes, ne scilicet langueat vis illa quæ nos percellit & affectus ciet, sicubi periculum & adversarius auferantur.

31. Quæ cum ita se habeant, juvenem ad poëmata admittamus non hac imbutum opinione de magnis atque præclaris hominibus, quasi illi sapientes, justi, perfecti denique reges fuerint & norma quædam virtutis universæ & recti. Nam certe hæc si existimat & in his stupet, magnum damnum accipiet, utqui offendetur, neque audire

μηδὲ ἀκούων, μηδὲ ἀποδεχόμενος οὐ ψέγοντος αὐτοὺς τοιαῦτα πράττοντας, καὶ λέγοντας,

Αἰ γὰρ Ζεῦ τε πάτερ καὶ Ἀθηναίη καὶ Ἄπολλον,
Μήτε τις οὖν Τρώων θάνατον φύγοι ὅσσοι ἔασι,
Μήτε τις Ἀργείων· * νῶϊν δ' ἐκδῦμεν ὄλεθρον,
Ὄφρ' οἶοι Τροίης ἱερὰ κρήδεμνα λύωμεν. καὶ,
Οἰκτροτάτην δ' ἤκουσα ὄπα * Πριάμοιο θυγατρὸς
Κασσάνδρης, τὴν κτεῖνε Κλυταιμνήστρη δολόμητις
Ἀμφ' ἐμοί. καὶ,
Παλλακίδι προμιγῆναι, ἵν' ἐχθήρειε γέροντα·
Τῇ πιθόμην, καὶ ἔρεξα. καὶ,
Ζεῦ πάτερ, οὔτις σεῖο θεῶν ὀλοώτερος ἄλλος.

* μηδὲν ἐπαινῶν ἐθιζέσθω τοιοῦτον ὁ νέος, * μηδὲ προφάσεις λέγων, μηδὲ παραγωγὰς τὰς εὐπρεπεῖς ἐπὶ πράγμασι φαύλοις * μηχανώμενος, πιθανὸς ἔστω καὶ πανοῦργος, ἀλλ' ἐκεῖνο μᾶλλον οἰέσθω, μίμησιν εἶναι τὴν ποίησιν, ἠθῶν καὶ βίων, καὶ ἀνθρώπων οὐ τελείων, οὐδὲ καθαρῶν, οὐδ' ἀνεπιλήπτων

πάντα-

audire aut recipere volet si quis horum aliquem reprehenderit talia dicentem facientemve:

O utinam Divum pater & cum Pallade Apollo,
Nec Danaum nec de Phrygio quis sanguine mortem
Effugiat: nobis maneat sed vita duobus,
Ut soli Iliacos scindamus vomere muros. Item:
Atque ibi ego audivi miserandum in morte gementem
Cassandram Priami natam, quam perfida conjux
Tyndaris occidit me propter. Et:
Ut lectum sociem cum pellice, quo senis illa
Sic odium indueret: facio persuasus. Et hoc:
Jupiter, haud quisquam Divum exitialior est te.

nihil horum laudare juvenis assuescat, neque prætextus & obtentus speciosos quærat rebus vitiosis in eoque ingenium & eloquentiam exerceat: sed hoc potius cogitet, poëticam artem imitatricem esse vitæ, morum atque hominum, non qui puri perfectiq;

παντάπασιν, ἀλλὰ μεμιγμένων * πάθεσι καὶ δόξαις ψευδέσι καὶ ἀγνοίαις, * διὰ δ' εὐφυΐαν αὐτοὺς πολλάκις μετατιθέντων πρὸς τὸ κρεῖττον. ἡ γὰρ τοιαύτη παρασκευὴ τοῦ νέου καὶ διάνοια, τοῖς μὲν εὖ λεγομένοις καὶ πραττομένοις ἐπαιρομένου καὶ συνενθουσιῶντος, τὰ δὲ φαῦλα μὴ προσιεμένου καὶ δυσχεραίνοντος, ἀβλαβῆ παρέξει τὴν ἀκρόασιν.

λβ'. * Ὁ δὲ πάντα θαυμάζων καὶ πᾶσιν ἐξοικειούμενος, καὶ καταδεδουλωμένος τῇ δόξῃ τὴν κρίσιν ὑπὸ τῶν ἡρωϊκῶν ὀνομάτων, ὥσπερ οἱ τὴν Πλάτωνος ἀπομιμούμενοι κυρτότητα, καὶ τὴν Ἀριστοτέλους τραυλότητα, λήσεται πρὸς πολλὰ τῶν φαύλων εὐχερὴς γενόμενος. δεῖ δὲ μὴ δειλῶς, μηδὲ ὥσπερ ὑπὸ δεισιδαιμονίας ἐν ἱερῷ φρίττειν ἅπαντα καὶ προσκυνεῖν, ἀλλὰ θαρσαλέως ἐθιζόμενον ἐπιφωνεῖν, μηδὲν ἧττον τοῦ ὀρθῶς καὶ πρεπόντως, τὸ οὐκ ὀρθῶς * καὶ οὐ προσῆκον, οἷον, ὁ Ἀχιλλεὺς ἐκκλησίαν συνάγει, τῶν στρατιωτῶν νοσούντων, ἀσχάλλων μὲν ἀργοῦντι τῷ πολέμῳ, * καὶ μάλιστα πάντων διὰ τὴν * ἐν ταῖς στρατείαις ἐπιφάνειαν

& omni labe vacantes sint, sed eorum qui affectus & falsas opiniones atque ignorantiam admixta sibi habeant, ac propter ingenii bonitatem plerumque ad meliora se vertant. Nam hæc præparatio meditatioque in animo adolescentis, ut recte dictis factisque excitetur & velut afflatus gaudeat, contraria vero rejiciat indignabundus, efficiet ut sine noxa poëtas audiat.

32. At qui omnia admiratur, omnia amplectitur, & auditis heroum nominibus concepta opinione judicium sibi corrumpi patitur, similis illis qui Platonis curvitatem & balbutiem Aristotelis imitabantur, ignarus ad multa prava præbebit se facilem. Neque vero timide se gerere debet, & ut in fano præ superstitione omnia perhorrescere atque adorare, sed fiduciæ assuefactus exclamare non tantum illa recte, belle, sed interdum quoque mendose, perverse. Exempli causa Achilles cœtum cogit ægrotantium militum, belli moris iratus, præsertim quod ipse in rebus bellicis excelleret

φάνειαν αὐτοῦ καὶ δόξαν· ἰατρικὸς δὲ ὢν, καὶ μετὰ ἡμέραν ἐνάτην ἢ ταῦτα κρίνεσθαι πέφυκεν, αἰσθόμενος οὐκ οὖσαν συνήθη τὴν νόσον, οὐδὲ συνεστῶσαν ἀπὸ κοινῶν αἰτιῶν, ἀναστὰς οὐ ★ δημαγωγεῖ πρὸς τὸν ὄχλον, ἀλλὰ τῷ βασιλεῖ γίνεται σύμβουλος,

Ἀτρείδη, νῦν ἄμμε παλιμπλαγχθέντας ὀΐω,

Ἂψ ἀπονοστήσειν,

ὀρθῶς ταῦτα καὶ μετρίως καὶ πρεπόντως. ὁ δὲ μάντεως δεδιέναι ★ φήσαντος τὴν ὀργὴν τοῦ δυνατωτάτου τῶν Ἑλλήνων, οὐκέτ' ὀρθῶς οὐδὲ μετρίως ἐπομόσας μηδένα προσοίσειν χεῖρας αὐτῷ ζῶντος αὐτοῦ, προστίθησιν,

--- οὐδ' ἢν Ἀγαμέμνονα εἴπῃς,

ἐνδεικνύμενος ὀλιγωρίαν ★ καὶ περιφρόνησιν τοῦ ἄρχοντος. ἐκ δὲ τούτου μᾶλλον παροξυνθεὶς, ἐπὶ τὸ ξίφος φέρεται, σφάττειν διανοούμενος, οὔτε ★ πρὸς συμφέρον· εἶτ' αὖθις μετανοήσας,

Ἂψ ἐς κουλεὸν ὦσε μέγα ξίφος, οὐδ' ἀπίθησε

Μύθῳ Ἀθηναίης·

ὀρθῶς

celleret magnumque nomen obtineret. Cum vero artis medicæ peritus esset & nono jam die, quo tempore morbi dijudicari maxime solent, animadverteret non esse morbum usitatum & profectum à causis quotidianis, surgens non ad multitudinem concionatur, sed regi dat consilium:

Omnibus Atride nobis remeare necesse est,
Quantum cerno, domum.

Recte hæc & moderate atque ex decoro. At cum vates dixisset metuere se iram præstantissimi inter Græcos, non jam recte neque moderate jurat neminem ei manus illaturum se vivo:

non si ipsum Agamemnona dicas:

ostendens parvi à se fieri atque adeo contemni imperatorem. Deinde vero iratior jam manum gladio admovet, & interficere Agamemnonem cogitat, non recte sive quod honestum, sive quod expedit respicias. Deinde ad se rediens:

Et simul ingentem vaginæ reddidit ensem
Palladis inflexus monitis.

 Recte

ὀρθῶς πάλιν καὶ καλῶς, ὅτι τὸν θυμὸν ἐκκόψαι παντάπασι μὴ δυνηθεὶς, ὅμως πρὶν ἀνήκεστόν τι δρᾶσαι, μετέστησε καὶ κατέσχεν, εὐπειθῆ τῷ λογισμῷ γινόμενον.

λγ'. Πάλιν ὁ Ἀγαμέμνων ἐν μὲν τοῖς περὶ τὴν ἐκκλησίαν γινομένοις καὶ λεγομένοις ὑπ' αὐτοῦ καταγέλαστός ἐστιν, ἐν δὲ τοῖς περὶ Χρυσηΐδα, σεμνότερος καὶ βασιλικώτερος. ὁ μὲν γὰρ Ἀχιλλεὺς, ἀγομένης τῆς Βρισηΐδος,

Δακρύσας ἑτάρων ἄφαρ ἕζετο νόσφι λιασθείς·

οὗτος δὲ, αὐτὸς εἰς τὴν ναῦν ἐμβιβάζων καὶ παραδιδοὺς καὶ ἀποπέμπων τὴν ἄνθρωπον ἣν ὀλίγῳ πρόσθεν εἴρηκε τῆς γαμετῆς τῇ εὐνοίᾳ προέχειν, * οὐθὲν αἰσχρὸν οὐδὲ ἐρωτικὸν ἐποίησε. καὶ μὴν ὁ Φοῖνιξ διὰ τὴν παλλακίδα κατάρατος ὑπὸ τοῦ πατρὸς γενόμενος,

Τὸν μὲν ἐγὼ (φησὶ) βούλευσα κατακτάμεν ὀξέϊ χαλκῷ·
Ἀλλά τις ἀθανάτων * παῦσεν χόλον, ὅς ῥ' ἐνὶ θυμῷ
Δήμου θῆκε φάτιν, καὶ ὀνείδεα πόλλ' ἀνθρώπων,
Ὡς μὴ πατροφόνος μετ' Ἀχαιοῖσιν καλεοίμην.

ὁ

Recte iterum ac pulchre quod cum iram exscindere omnino nequiret, tamen antequam irreparabile quicquam committeret, retraxit eam atque cohibuit & rationis imperium ferre coëgit.

33. Rursus Agamemnon in his quidem quæ in concione dicit facitque ridiculus est: At in Chryseidis negotio gravius se gerit & magis pro regia dignitate. Nam Achilles abducta Briseide,

Flens procul à sociis diversa parte sedebat:

Hic vero ipse navi imponens, tradensque & prosequens eam quam paulo ante dicebat præ uxore à se diligi, nihil indecorum, nihil amatorium admittit. Et Phœnix quidem à patre diris devotus ob pellicem sic ait:

Eripere huic vitam ferro fulgente parabam:
Iram nescio quis fregit Deus, & mihi vulgi
Objecit voces animo & convitia famæ,
Ne patris occisor Grajûm sermone notarer.

Ari-

ὁ μὲν οὖν Ἀρίσταρχος ἐξεῖλε ταῦτα τὰ ἔπη φοβηθείς· ἔχει δὲ πρὸς τὸν καιρὸν ὀρθῶς, τοῦ Φοίνικος τὸν Ἀχιλλέα διδάσκοντος οἷόν ἐστιν ὀργὴ, καὶ ὅσα διὰ θυμὸν ἄνθρωποι τολμῶσι, μὴ χρώμενοι λογισμῷ, μηδὲ πειθόμενοι τοῖς παρηγοροῦσι. καὶ γὰρ τὸν Μελέαγρον ἐπεισάγει τοῖς * πολίταις ὀργιζόμενον, εἶτα πραϋνόμενον· ὀρθῶς τὰ πάθη ψέγων, τὸ δὲ μὴ συνακολουθεῖν, ἀλλ' ἀντιτάττεσθαι καὶ κρατεῖν καὶ μετανοεῖν, ἐπαινῶν ὡς καλὸν καὶ συμφέρον. ἐνταῦθα μὲν οὖν ἡ διαφορὰ πρόδηλος.

λδ'. Ὅπου δὲ ἀσάφεια τῆς γνώμης, διοριστέον οὕτω πως ἐφιστάντας τὸν νέον· εἰ μὲν Ναυσικάα ξένον ἄνδρα τὸν Ὀδυσσέα θεασαμένη, καὶ παθοῦσα τὸ τῆς Καλυψοῦς πάθος πρὸς αὐτὸν, ἅτε δὴ τρυφῶσα καὶ γάμων ὥραν ἔχουσα, τοιαῦτα μωραίνει πρὸς τὰς θεραπαινίδας,

Αἰ γὰρ ἐμεῦ τοιόσδε πόσις κεκλημένος εἴη
Ἐνθάδε ναιετάων, καί οἱ ἅδοι αὐτόθι μίμνειν,

ψεκτέον τὸ θράσος αὐτῆς καὶ τὴν ἀκολασίαν. εἰ δὲ τοῖς λό-

γοις

Ariſtarchus hos verſus perhorruit ac ſuſtulit: atqui ſuo loco ſunt poſiti, ubi Phœnix Achillem docere vult, qualis res ſit ira & quæ perciti ea homines patrare ſoleant, ubi nec rationi parent, nec conſiliis auſcultant. Nam & Meleagrum introducit iratum civibus, verum poſtea mitigatum, recte & perturbationes animi vituperans, & ſimul ut honeſtum atque utile prædicans ſi quis non ſequatur, ſed opponat ſe & vincat atque etiam pœnitentia ducatur. Heic ergo manifeſta differentia eſt boni malique.

34. At ubi de animo non ſatis conſtat, docendus eſt juvenis diſtinguere hunc in modum: Si Nauſicaa conſpiciens Ulyſſem virum peregrinum, & tali quadam cupiditate incenſa quali Calypſo, & luxurians ætate nubili, iſta apud ancillas nugatur:

Atque utinam talis conjunx mihi detur, & illi
Exigere in noſtris ſit dulce penatibus ævum:

vituperanda ſane ejus audacia atque immodeſtia. Si vero cum ex ſermo-

γοις τοῦ ἀνδρὸς τὸ ἦθος ἐνιδοῦσα καὶ θαυμάσασα τὴν ἔντευξιν αὐτοῦ πολὺν νοῦν ἔχουσαν, εὔχεται τοιούτῳ συνοικεῖν μᾶλλον ἢ πλωτικῷ τινι καὶ ὀρχηστικῷ τῶν πολιτῶν, ἄξιον ἀγασθαι. * πάλιν τῆς Πηνελόπης τοῖς μνηστῆρσι προσδιαλεγομένης οὐκ ἀπανθρώπως, ἐκείνων δὲ αὐτῇ * χαριζομένων ἱμάτια καὶ κόσμον ἄλλον, ἡδόμενος Ὀδυσσεὺς

Οὕνεκα τῶν μὲν δῶρα παρέλκετο, θέλγε δὲ θυμόν,

εἰ μὲν ἐπὶ τῇ δωροδοκίᾳ καὶ πλεονεξίᾳ χαίρει, * τὸν κωμῳδούμενον ὑπερβάλλει μαστροπείᾳ Πολίαγρον·

(Εὐδαίμων Πολίαγρος οὐράνιον
αἶγα πλουτοφόρον τρέφων.)

εἰ δὲ μᾶλλον οἰόμενος ὑποχειρίους ἕξειν διὰ τὴν ἐλπίδα, καὶ τὸ μέλλον οὐ προσδοκῶντας, λόγον ἔχει τὸ ἡδόμενον αὐτοῦ καὶ θαρροῦν. ὁμοίως ἐπὶ τῇ διαριθμήσει τῶν χρημάτων ἃ συνεξέθηκαν οἱ Φαίακες αὐτῷ καὶ ἀπέπλευσαν, * εἰ μὲν ἀληθῶς ἐν ἐρημίᾳ τοσαύτῃ καὶ τῶν καθ' αὐτὸν ἀσαφείᾳ καὶ

sermonibus mores ejus cognosset & admirata esset plenum prudentiæ colloquium, optat cum tali potius vivere quam cum civium aliquo nauta aut saltatore, dignum admiratione id quidem. Sic etiam ubi Penelope procos suos humane alloquitur, atque illi ipsam vestibus cæteroque ornatu donant, Ulysses delectatus,

Dona quod illorum traheret sermone benigno:

si id gaudet quod ex donis lucrum faciat, ipsum superat lenocinii fœditate qui in comœdia traducitur Poliagrum, de quo illud est,

Felix Poliager qui domi nutrit capram
Cœleste pignus copiæ.

Sin vero existimavit illos hoc magis in sua potestate fore, quo minus id quod futurum erat exspectarent spe bona capti, jam gaudium ejus, & sumta fiducia ratione non caret. Sic etiam in dinumeratione earum rerum quas cum ipso exposuerant Phæaces atque inde discesserant, si reipsa in tanta solitudine, tam incerto quid

καὶ ἀδηλότητι γενομένης, περὶ τῶν χρημάτων φοβεῖται,

Μή τί μοι οἴχωνται * κοίλης ἐκ νηὸς ἔχοντες,

οἰκτείρειν ἄξιον * ἢ βδελύττεσθαι νὴ Δία τὴν φιλοπλουτίαν· εἰ δ' (ὥσπερ ἔνιοι λέγουσι) περὶ τῆς Ἰθάκης ἀμφιδοξῶν, οἴεται τὴν τῶν χρημάτων σωτηρίαν, ἀπόδειξιν εἶναι τῆς τῶν Φαιάκων ὁσιότητος, (οὐ γὰρ ἂν ἀκερδῶς φέροντας αὐτὸν εἰς ἀλλοτρίαν ἐκβάλλειν χώραν, καὶ καταλιπεῖν, ἀποσχομένους τῶν χρημάτων) οὔτε φαύλῳ τεκμηρίῳ χρῆται, καὶ τὴν πρόνοιαν ἄξιον ἐπαινεῖν. ἔνιοι δὲ καὶ τὴν ἔκθεσιν αὐτὴν εἰ μὲν ἀληθῶς ἐγένετο καθεύδοντος, ψέγουσι, καὶ Τυρρηνοὺς ἱστορίαν τινά φασι διαφυλάττειν, ὡς ὑπνώδους φύσει τοῦ Ὀδυσσέως γενομένου * καὶ δυσεντεύκτου διὰ τοῦτο πολλοῖς ὄντος. εἰ δ' οὐκ ἦν ἀληθὴς ὁ ὕπνος, ἀλλ' αἰδούμενος μὲν ἀποπέμψαι τοὺς Φαίακας ἄνευ ξενίων καὶ φιλοφροσύνης, μὴ δυνάμενος δὲ τοὺς ἐχθροὺς λαθεῖν ἐκείνων συμπροπεμπόντων, ἐχρήσατο τῆς ἀπορίας προκαλύμματι, κοιμωμένῳ ποιήσας ὅμοιον ἑαυτόν, ἀποδέχονται.

quid sibi evenisset, pro illis tamen sollicitus est,

Ne de nave cava subreptis rebus abissent,

miseratione aut etiam exsecratione dignus est ob avaritiam: sin vero, ut dicunt nonnulli, an in Ithaca, ubi denique esset ambiguus, res apud se relictas pro signo accipit sanctimoniæ Phæacum (neque enim credibile erat qui gratis ipsum vexissent, deportaturos eum fuisse in terram alienam, atque interim rebus ejus manum abstenturos) conjectura utitur non mala, & laude digna est prudentia. Quidam vero & hoc vituperant quod eo modo exponi potuerit siquidem revera dormivit: & apud Thuscos aiunt veterem famam servari, quæ Ulyssem ferat fuisse somniculosum ac proinde aditus difficilioris. Sin autem non verus is somnus fuit, sed cum puderet eum Phæacas indonatos neque exceptos hospitaliter dimittere, illi autem si adessent ipse inimicos latere non posset, rebus perplexis velamentum hoc invenit, ut dormientem se fingeret, non improbant.

λε'. Καὶ ταῦτα δὴ τοῖς νέοις ὑποδεικνύοντες, * οὐκ ἐάσωμεν φορὰν πρὸς τὰ φαῦλα γίνεσθαι τῶν ἠθῶν, ἀλλὰ τῶν βελτιόνων ζῆλον καὶ προαίρεσιν, εὐθὺς τοῖς μὲν, τὸ ψέγειν, * τοῖς δὲ, τὸ ἐπαινεῖν ἀποδιδόντες. μάλιστα δὲ τοῦτο ποιεῖν δεῖ ἐν ταῖς τραγῳδίαις ὅσαι λόγους ἔχουσι πιθανοὺς καὶ πανούργους * ἐν πράξεσιν ἀδόξοις καὶ πονηραῖς. οὐ πάνυ γὰρ ἀληθὲς τὸ τοῦ Σοφοκλέους, λέγοντος,

Οὐκ ἔστ' ἀπ' ἔργων μὴ καλῶν ἔπη καλά.

καὶ γὰρ οὗτος εἴωθεν ἤθεσι φαύλοις καὶ ἀτόποις πράγμασι λόγους ἐπιγελῶντας, καὶ φιλανθρώπους αἰτίας πορίζειν. καὶ ὁ σύσκηνος αὐτοῦ πάλιν, ὁρᾷς ὅτι τήν τε Φαίδραν καὶ προσεγκαλοῦσαν τῷ Θησεῖ πεποίηκεν, ὡς διὰ τὰς ἐκείνου παρανομίας ἐρασθεῖσαν τοῦ Ἱππολύτου. τοιαύτην δὲ καὶ τῇ Ἑλένῃ παῤῥησίαν κατὰ τῆς Ἑκάβης ἐν ταῖς Τρῳάσι δίδωσιν, * οἰομένῃ δεῖν ἐκείνην κολάζεσθαι μᾶλλον ὅτι μοιχὸν αὐτῆς ἔτεκε. μηδὲν οὖν τούτων κομψὸν ἡγεῖσθαι καὶ πανοῦργον ὁ νέος ἐθιζέσθω, μηδὲ προσμει-

διάτω

35. Hæc talia monſtrantes juvenibus non ſinemus, eos ad vitioſos mores impetu ferri, ſed rerum bonarum ſtudium atque electionem illis inſeremus, actioni cuique ut meretur reddentes laudem aut probrum. Quod quidem in illis tragœdiis fieri potiſſimum oportet quæ orationes continent artificioſas & ad perſuadendum aptas circa facta infamia atque turpia. Neque enim verum uſquequaque eſt Sophoclis illud:

Bona verba naſci rebus è fœdis negant.

Nam & ipſe ſolet malis moribus actionibuſque pravis orationem ablandientem & prætextus gratioſos accommodare. Tum vero vides ut apud alterum in eadem ſcena verſatum Phædra Theſeum ultro incuſet quaſi per ipſius injurias factum eſſet ut ipſa Hippolytum amaret. Similem loquendi licentiam Helenæ quoque adverſus Hecubam aſſignat quaſi ipſa juſtius punienda eſſet quod ipſius adulterum genuiſſet. Nihil igitur tale elegans aut artis plenum juvenis exiſtimare aſſueſcat, neque

tali-

διάτω ταῖς τοιαύταις εὑρεσιλογίαις, ἀλλὰ * βδελυττέσθω τοὺς λόγους μᾶλλον ἢ τὰ ἔργα τῆς ἀκολασίας.

λϛ'. Ἐπὶ πᾶσι τοίνυν καὶ τὸ τὴν αἰτίαν * ἑκάστου τῶν λεγομένων ἐπιζητεῖν χρήσιμόν ἐστιν. ὁ μὲν γὰρ Κάτων ἔτι παιδάριον ὤν, * ἔπραττε μὲν ὃ προστάξειεν ὁ παιδαγωγὸς, αἰτίαν δὲ καὶ λόγον ἀπῄτει τοῦ προστάγματος. τοῖς δὲ ποιηταῖς * οὐ πειστέον ὥσπερ παιδαγωγοῖς ἢ νομοθέταις, ἂν μὴ λόγον ἔχῃ τὸ ὑποκείμενον· ἕξει δὲ, ἄν περ χρηστὸν ᾖ· ἂν δὲ μοχθηρὸν, ὀφθήσεται κενὸν καὶ μάταιον. ἀλλ' οἱ πολλοὶ τῶν μὲν τοιούτων τὰς αἰτίας πικρῶς ἀπαιτοῦσι, καὶ διαπυνθάνονται πῶς λέλεκται,

* Μηδέποτ' οἰνοχόην τιθέμεν κρητῆρος ὕπερθεν
Πινόντων· καὶ,
Ὃς δέ κ' ἀνὴρ ἀπὸ ὧν ὀχέων ἕτερ' ἅρμαθ' ἵκηται,
Ἔγχει ὀρεξάσθω·

τῶν δὲ μειζόνων ἀβασανίστως παραδέχονται τὴν πίστιν· οἷα καὶ ταῦτ' ἐστιν,

Δουλοῖ γὰρ ἄνδρα κἂν θρασύσπλαγχνός τις ᾖ,

Ὅταν

talibus commentis arrideat, ſed abominetur verba magis etiam quam ipſa libidinis facta.

36. Ubique autem utile eſt ejus quod dicitur cauſam inveſtigare. Nam Cato puer admodum faciebat quidem quod præcipiebat pædagogus, ſed ſimul præcepti cauſam percunctabatur. At poëtis non ita ut legum conditoribus aut pædagogis parendum eſt, niſi quod dicant rationem habeat. Habebit autem, ſi rectum ſit: ſin minus, apparebit inane eſſe & frivolum. Sed multi iſtarum minutiarum cauſas rigide poſtulant, & quærunt cur dictum ſit:

Cum bibitur ſuper haud unquam
cratera locetur
Trulla tibi:

item:

Quiſquis in alterius currum ſe
transferet, haſtam
Protinus intentet.

rebus autem multo majoribus non exploratis fidem adhibent, cujuſmodi ſunt:

Nam celſa quamvis pectora in-
fringit dolor

Quo-

Ὅταν συνειδῇ μητρὸς ἢ πατρὸς κακά. καὶ,

Μικρὸν φρονεῖν χρὴ τὸν κακῶς πεπραγότα.

★ καίτοι ταῦτα τῶν ἠθῶν ἅπτεται, καὶ τοὺς βίους διαταράττει, κρίσεις ἐμποιοῦντα φαύλας, καὶ δόξας ἀγεννεῖς· ἂν μὴ πρὸς ἕκαστον αὐτῶν εἰθισμένοι λέγωμεν, Διὰ τί σμικρὸν φρονεῖν χρὴ τὸν κακῶς πεπραγότα, καὶ μὴ μᾶλλον ἀνταίρειν τῇ τύχῃ, ★ καὶ ποιεῖν ὑψηλὸν ἑαυτὸν καὶ ἀταπείνωτον; ★ διὰ τί δὲ, ἐὰν ἐκ πατρὸς φαύλου καὶ ἀνοήτου γεγονὼς, αὐτὸς ὢν χρηστὸς καὶ φρόνιμος, ★ οὐ προσήκει μοι διὰ τὴν ἐμὴν ἀρετὴν μέγα φρονεῖν, ἀλλὰ καταπεπλῆχθαι καὶ ταπεινὸν εἶναι διὰ τὴν τοῦ πατρὸς ἀμαθίαν; ὁ γὰρ οὕτως ἀπαντῶν καὶ ἀντερείδων, καὶ μὴ παντὶ λόγῳ πλάγιον ὥσπερ πνεύματι παραδιδοὺς ἑαυτὸν, ἀλλ' ὀρθῶς ἔχειν νομίζων τὸ, Βλὰξ ἄνθρωπος ἐπὶ παντὶ λόγῳ ★ φιλεῖ ἐπτοῆσθαι, πολλὰ διακρούσεται τῶν οὐκ ἀληθῶς οὐδὲ ὠφελίμως λεγομένων.

λζ'. Ταῦτα μὲν οὖν ἀβλαβῆ παρέξει τὴν τῶν ποιημάτων ἀκρόασιν. ἐπεὶ δὲ ὥσπερ ἐν ἀμπέλου φύλλοις καὶ κλήμασιν εὐθαλοῦσι

Quoties parentum calamitates cogitant:

Et:

Demittere animum debet is quem fors premit.

Atqui ad mores hæc pertinent & vitam perturbant, dum falſas judicationes & opiniones degeneres in animo proferunt, niſi aſſueſcamus ad horum quodque dicere: Cur vero animum dejiciat is qui fortunam nactus eſt adverſam, & non potius fortunæ obnitatur & erectum ſe minimeque humilem præbeat? Cur vero ſi patre aut vitioſo aut imprudente ſum natus, ipſe vero ſum prudens ac probus, non debeam ob meam virtutem animo eſſe celſo, potius quam dejecto ob patris inſcitiam? Nam qui eum in modum obluctatur ac reſiſtit, nec quoque ſermone ſe ut vento inflecti patitur, ſed illud recte dictum exiſtimat, *Homo imperitus quovis dicto percelli ſolet*, is plurima neque vere neque utiliter dicta à ſe diſpellet.

37. Hæc igitur efficient ut ſine noxa audiantur poëtæ. Sicuti vero in pampinis & ramis frondoſis ſæpe

εὐθαλοῦσι πολλάκις ὁ καρπὸς ἀποκρύπτεται καὶ λανθάνει κατασκιαζόμενος, οὕτως ἐν ποιητικῇ λέξει καὶ μυθεύμασι περικεχυμένοις πολλὰ διαφεύγει τὸν νέον ὠφέλιμα καὶ χρήσιμα· (δεῖ δὲ τοῦτο μὴ πάσχειν, μηδὲ ἀποπλανᾶσθαι τῶν πραγμάτων, ἀλλ' ἐμφύεσθαι μάλιστα τοῖς πρὸς ἀρετὴν φέρουσι καὶ δυναμένοις πλάττειν τὸ ἦθος) * οὐ χεῖρόν ἐστι καὶ περὶ τούτων διελθεῖν ἐν βραχέσιν, ἁψάμενον τύπῳ τῶν πραγμάτων, μήκη δὲ καὶ κατασκευὰς καὶ παραδειγμάτων ὄχλον ἐῶντα τοῖς ἐπιδεικτικώτερον γράφουσι.

λη'. Πρῶτον μὲν οὖν τὰ χρηστὰ καὶ τὰ φαῦλα γινώσκων ὁ νέος ἤθη καὶ πρόσωπα, τοῖς λόγοις προσεχέτω καὶ ταῖς πράξεσιν, ἃς ὁ ποιητὴς ἑκατέρῳ προσηκόντως ἀποδίδωσιν· οἷον ὁ Ἀχιλλεὺς πρὸς τὸν Ἀγαμέμνονα λέγει, καίπερ λέγων μετ' ὀργῆς,

* Οὐ γὰρ σοί ποτε ἶσον ἔχω γέρας, ὁππότ' Ἀχαιοὶ
Τρώων ἐκπέρσωσ' * εὖ ναιόμενον πτολίεθρον.

ὁ δὲ Θερσίτης τῷ αὐτῷ λοιδορούμενος λέγει,

Πλεῖαί

ſæpe fructus abſconditur & obumbratus latet, ſic in poëtica dictione & fabulis circumfuſis multa juvenem fugiunt, quæ ſcire operæ pretium eſt. Id vero minime permittendum eſt, neque declinandum à rebus, ſed adhærendum quam maxime notis, quæ ad virtutem & mores formandos valent. Quare non abs re erit etiam hoc breviter attingere & rudi quod aiunt Minerva. Nam orationem prolixam, & apparatam magnamq; exemplorum congeriem relinquemus iis qui operoſius ſcribunt.

38. Primum ergo juvenis rectorum pravorumque tum morum, tum hominum diſcrimen animo complexus attendat, & dictis & actionibus quas utrique generi poëta ex decoro tribuit. Ut ecce Achilles Agamnenoni dicit quanquam cum iracundia:

At non æqua mihi contingent præmia tecum,
Si quando Iliacam Græci vaſtabimus urbem.

Therſites vero eidem per convitium objicit,

 Ære

Πλεῖαί τοι χαλκοῦ κλισίαι, πολλαὶ δὲ γυναῖκες
Εἰσὶν ἐνὶ κλισίῃ ἐξαίρετοι, ★ ἅς τοι Ἀχαιοὶ
Πρωτίςῳ δίδομεν, εὖτ' ἂν πτολίεθρον ἕλωμεν.

καὶ πάλιν ὁ Ἀχιλλεὺς, --- αἴκέ ποθι Ζεὺς
★ Δῷσι πόλιν Τροίην εὐτείχεον ἐξαλαπάξαι.

ὁ δὲ Θερσίτης,

Ον κεν ἐγὼ δήσας ἀγάγω, ἢ ἄλλος Ἀχαιῶν.

πάλιν τοῦ Ἀγαμέμνονος ★ ἐν τῇ ἐπιπωλήσει τὸν Διομήδην λοιδορήσαντος, ὁ μὲν οὐθὲν ἀντεῖπεν,

Αἰδεσθεὶς βασιλῆος ἐνιπὴν αἰδοίοιο·

ὁ δὲ Σθένελος, οὗ μηδεὶς λόγος,

Ατρείδη, (φησὶ) ★ μὴ ψεύδε', ἐπιςάμενος σάφα εἰπεῖν.
Ημεῖς τοι πατέρων μέγ' ἀμείνονες εὐχόμεθ' εἶναι.

★ ἡ γὰρ τοιαύτη διαφορὰ μὴ παρορωμένη, διδάξει τὸν νέον ἀςεῖον ἡγεῖσθαι τὴν ἀτυφίαν καὶ μετριότητα, τὴν δὲ μεγαλαυχίαν καὶ περιαυτολογίαν ὡς φαῦλον εὐλαβεῖσθαι. χρήσιμον δὲ καὶ τὸ τοῦ Ἀγαμέμνονος κατανοεῖν ἐνταῦθα. τὸν μὲν γὰρ Σθένελον,

Ære tibi multo tentoria plena refulgent,
Et captivarum lecto grege, quas tibi primo
Eximias Græci damus, ut quam cepimus urbem.

Et Achilles iterum:

Si Jupiter olim
Hoc dabit ut pulchræ vertamus mœnia Trojæ.

At Therſites quanto aliter?

Sive ego captivum traho, ſive quis alter Achivûm.

Sic & ubi Agamemnon exercitum luſtrans convitiis Diomedem impetit, nihil ille reponit:

Quippe verebatur venerandi jurgia regis.

At Sthenelus, nullius loci homo,

Mentiri rex parce, potes nam vera profari.
Vincimus immenſum noſtros, ita crede, parentes.

Hoc enim diſcrimine recte obſervato, diſcet juvenis modeſtiam & faſtus fugam res eſſe elegantes; at contra ſuperbiam & jactantiam vitabit ut indecora. Conducit notare etiam qui ſe Agamemnon hic gerat: Nam Sthenelum ne compellatum

λον, ἀπροσαύδητον παρῆλθε· τοῦ δὲ Ὀδυσσέως * οὐκ ἠμέλησεν δηχθέντος, ἀλλ' ἠμείψατο καὶ προσηγόρευσεν,

Ὡς γνῶ χωομένοιο· πάλιν δ' ὅγε * λάζετο μῦθον.

τὸ μὲν γὰρ πᾶσιν ἀπολογεῖσθαι, θεραπευτικὸν καὶ οὐκ ἀξιωματικόν· τὸ δὲ πάντων καταφρονεῖν, ὑπερήφανον καὶ ἀνόητον. ἄριστα δὲ ὁ Διομήδης ἐν μὲν τῇ μάχῃ σιωπᾷ, κακῶς ἀκούων ὑπὸ τοῦ βασιλέως, μετὰ δὲ τὴν μάχην παρρησίᾳ χρῆται πρὸς αὐτὸν,

Ἀλκὴν μέν μοι πρῶτον ὀνείδισας ἐν Δαναοῖσιν.

* εὖ δὲ ἔχει καὶ φρονίμου ἀνδρὸς καὶ μάντεως διαφορὰν πανηγυρικοῦ μὴ καταλιπεῖν. ὁ μὲν γὰρ Κάλχας οὐ συνεῖδε τὸν καιρὸν, ἀλλ' ἐν πλήθει παρ' οὐδὲν ἐποιήσατο κατηγορῆσαι τοῦ βασιλέως, ὡς τὸν λοιμὸν αὐτοῖς ἐπάγοντος. ὁ δὲ Νέστωρ βουλόμενος ἐμβαλεῖν λόγον ὑπὲρ τῆς πρὸς τὸν Ἀχιλλέα διαλλαγῶν, ἵνα μὴ διαβάλλειν δοκῇ τὸν Ἀγαμέμνονα πρὸς τὸ πλῆθος, ὡς ἁμαρτόντα καὶ χρησάμενον ὀργῇ,

Δαίνυ δαῖτα γέρουσιν· (ἔοικέ τοι, οὔτοι ἀεικές)

Πολλῶν

compellatum quidem tranſmittit. At Ulyſſem quem pupugerat dicto non inſuper habuit, ſed eum allocutus eſt,

Vidit ut iratum, rurſumque ita dicere cœpit.

Nam purgare ſe omnibus adulationis quandam habet ſpeciem, neque ſatis ex dignitate eſt: omnes vero contemnere, ſuperbum aut etiam ſtolidum. Optime autem Diomedes inter pugnandum ſilet ad regis maledicta, peracto autem prælio libere apud eum loquitur:

Tu virtutem in me culpaſti primus Achivûm.

Uſui erit & viri prudentis, ac vatis ſe oſtentantis diſcrimen agnoſcere. Nam Calchas temporis occaſione non conſiderata, pro nihilo ducit in comitio accuſare regem, quaſi qui cauſa ſit peſtilentiæ. At Neſtor ſermonem injicere cupiens de reconciliando Regi Achille, ne videatur invidiam facere Agamemnoni apud multitudinem, tanquam qui iracundia peccaſſet, hoc ei dat conſilium.

Jamque ſenes (res eſt quæ te decet) excipe menſa:

Cujus

Πολλῶν δ' ἀγρομθύων, τῷ πείσεαι ὅς κεν ἀρίστην
Βουλὴν βουλεύσῃ.

καὶ μετὰ τὸ δεῖπνον ἐξαποστέλλει τοὺς πρέσβεις. τοῦτο γὰρ ἦν ἐπανόρθωσις ἁμαρτίας, ἐκεῖνο δὲ, κατηγορία καὶ περιπηλακισμός.

λθ'. Ετι δὲ καὶ τὰς ἐν τοῖς γένεσι διαφορὰς σκεπτέον, ὧν τοιοῦτος ἐστὶν ὁ τρόπος· οἱ μὲν Τρῶες ἐπίασι μετὰ κραυγῆς καὶ θράσους, οἱ δ' Αχαιοὶ,

Σιγῇ, δειδιότες σημάντορας.

τὸ γὰρ ἐν χερσὶ τῶν πολεμίων ὄντων, φοβεῖσθαι τοὺς ἄρχοντας, ★ ἀνδρείας ἅμα καὶ πειθαρχίας σημεῖον. ὅθεν ὁ μὲν Πλάτων ἐθίζει τοὺς ψόγους φοβεῖσθαι καὶ τὰ αἰσχρὰ μᾶλλον ἢ τοὺς πόνους καὶ τοὺς κινδύνους· ὁ δὲ Κάτων ἔλεγε ★ φιλεῖν τοὺς ἐρυθριῶντας, μᾶλλον ἢ τοὺς ὠχριῶντας. ἔστι δὲ καὶ τῶν ἐπαγγελιῶν ἴδιος χαρακτήρ. ὁ μὲν γὰρ Δόλων ἐπαγγέλλεται,

Τόφρα γὰρ ἐς στρατὸν εἶμι διαμπερὲς, ὄφρ' ἂν ἵκωμαι
Νῆ' Αγαμεμνονέην·

ὁ

Cujus at in magno melior sententia cœtu
Hunc sequere.

Ille post cœnam mittit legatos. Hoc ergo erat erratum corrigere, aliter si fecisset, id vero fuerat criminari & convitium dicere.

39. Sed & nationum notanda discrimina: quale hoc est quod Trojani impetum faciunt cum clamore ac ferocia, Græci autem silentio

Ora premunt, metuuntque duces.

Nam cum jamjamque conserendæ sunt manus cum hoste, tunc præfectos revereri id vero & fortitudinis & obedientiæ signum est. Quo spectat quod Plato suos assuefaciebat ut reprehensionem & id quod turpe est metuerent magis quam labores & pericula. Cato autem magis sibi placere dicebat erubescentes quam expallescentes. Est & in promittendo sua cuique proprietas ac nota. Nam Dolon hunc in modum promittit:

Castra ibo medius per Achaïca, donec Atridæ
Ad puppim veniam.

At

ὁ δὲ Διομήδης ἐπαγγέλλεται μὲν οὐδὲν, ἧττον δ᾽ ἄν φησι φοβηθῆναι μεθ᾽ ἑτέρου πεμπόμενος. Ἑλληνικὸν οὖν καὶ ἀστεῖον ἡ πρόνοια, βαρβαρικὸν δὲ καὶ φαῦλον ἡ θρασύτης· ★ καὶ δεῖ τὸ μὲν ζηλοῦν, τὸ δὲ δυσχεραίνειν.

μ΄. Ἔχεται δέ τινος οὐκ ἀχρήστου θεωρίας ★ καὶ τὸ περὶ τοὺς Τρῶας καὶ τὸν Ἕκτορα πάθος, τοῦ Αἴαντος αὐτῷ μονομαχεῖν μέλλοντος. ὁ μὲν γὰρ Αἰσχύλος, Ἰσθμοῖ πύκτου πληγέντος εἰς τὸ πρόσωπον, καὶ κραυγῆς γενομένης, Οἷον (εἶπεν) ἡ ἄσκησις ἐστιν; οἱ θεώμενοι βοῶσιν, ὁ δὲ πληγεὶς σιωπᾷ. τοῦ δὲ ποιητοῦ λέγοντος ★ ὅτι τὸν Αἴαντα μετὰ τῶν ὅπλων φανέντα λαμπρὸν, οἱ μὲν Ἕλληνες ἔχαιρον ὁρῶντες,

★ Τρῶας δὲ τρόμος αἰνὸς ἐπήλυθε γυῖα ἕκαστον,
Ἕκτορί τ᾽ αὐτῷ θυμὸς ἐνὶ στήθεσσι πάτασσεν,

τίς οὐκ ἂν ἀγάσαιτο τὴν διαφοράν; τοῦ μὲν κινδυνεύοντος ἡ καρδία πηδᾷ μόνον, ὥσπερ παλαίειν νὴ Δί᾽, ἢ σταδιοδρομεῖν μέλλοντος· τῶν δὲ θεωμένων τρέμει καὶ πάλλεται τὸ σῶμα, δι᾽ εὔνοιαν καὶ φόβον ὑπὲρ τοῦ βασιλέως.

μα΄. Ἐν-

At Diomedes promittit nihil, addit etiam minore ſe in metu fore ſi ſibi alter adjungeretur. Prudentia igitur res eſt Græco digna & elegans; at ferocia vitio non caret, & barbaris convenit: illa laudanda, hæc repudianda eſt.

40. Habet & non inutilem conſiderationem id quod Trojanis, & quod Hectori accidit cum Ajace dimicaturo ſingulari certamine. Æſchylus cum in Iſthmiis pugil os conciſus eſſet, & clamor oriretur; *Quantum*, inquit, *valet exercitatio! Spectatores clamant, at qui cæſus eſt ſilet*. Heic vero cum poëta dicat, ſimulatque in armis fulgens Ajax conſpiciendum ſe dederat, gaviſos Græcos:

Trojugenis artus cunctis gravis occupat horror:
Ipſe etiam motum perſentit pectoris Hector.

quis non miretur differentiam? Ejus qui de vita cernit, cor tantum palpitat, non aliter quam ſi luctaturus tantum, aut in ſtadio curſurus eſſet: at ſpectantibus corpus omne concutitur & tremiſcit, amore principis & pro ipſo metu.

41. Jam

μα'. Ἐνταῦθα δὲ καὶ τὴν τοῦ κρατίστου πρὸς τὸν κάκιστον διαφορὰν ἀποθεωρητέον. ὁ μὲν γὰρ Θερσίτης,

Ἔχθιστος δ' Ἀχιλῆϊ μάλιστ' ἦν, ἠδ' Ὀδυσῆϊ·

ὁ δὲ Αἴας, αἰεί τε τῷ Ἀχιλλεῖ προσφιλής, καὶ πρὸς τὸν Ἕκτορα λέγει περὶ αὐτοῦ,

--- νῦν μὲν δὴ σάφα εἴσεαι ★ οἰόθεν οἶος,
★ Οἷοι καὶ Δαναοῖσιν ἀριστῆες μετέασι,
Καὶ μετ' Ἀχιλλῆα ῥηξήνορα θυμολέοντα.

καὶ τοῦτο μὲν Ἀχιλλέως τὸ ἐγκώμιόν ἐστι· τὰ δ' ἑξῆς ὑπὲρ ἁπάντων εἴρηται χρησίμως,

★ Ἡμεῖς δ' εἰ μὲν τοῖοι οἳ ἂν σέθεν ἀντιάσαιμεν
Καὶ πολέες·

manuſque movendo præformati, tandem ludicræ artis fructum percipiant in juſto certamine. Nobis quoque ita eſt exiſtimandum, certamen nobis maximum incumbere, pro quo nihil non faciendum laborandumque ſit, ut nos rei tantæ præparemus. Huic fini & cum poëtis, & cum oratoribus, & cum dicendi magiſtris, & cum nullis non hominibus conſueſcendum, ex quibus utilitas aliqua ad animi cultum poſſit pervenire. Quomodo ergo tinctores primum id quod tingendum eſt cum cura præparant, ac deinde inducunt lumen, ſive illud purpuræ eſt, ſive quodcunque aliud; ſic nos quoque, ſi volumus rectas opiniones penitus hærere nobis ut deleri nequeant, primum externis diſciplinis initiati, deinde ad ſacra & myſtica dogmata veniemus: & tanquam in aqua ſolem conſpicere ſoliti, mox ipſam ejus lucem oculis intuebimur.

5. Si ergo quæ heic atque illic docentur inter ſe aliquid habent ſimile, utilis haud dubie eorum notitia erit. Sin minus, tamen

τό γε παράλληλα θέντας καταμαθεῖν τὸ διάφορον, οὐ μικρὸν εἰς βεβαίωσιν τοῦ βελτίονος. τίνι μὲν τοι καὶ παρεικάσας τῆς παιδεύσεως ἑκατέραν τῆς εἰκόνος ἂν τύχοις; ἤ που καθάπερ φυτοῦ οἰκεία μὲν ἀρετὴ τῷ καρπῷ βρύειν ὡραίῳ, φέρει δέ τινα κόσμον καὶ φύλλα τοῖς κλάδοις περισειόμενα· οὕτω δὴ καὶ ψυχῇ, προηγουμένως μὲν καρπὸς ἡ ἀλήθεια, οὐκ ἄχαρί γε μὴν οὐδὲ τὴν θύραθεν σοφίαν περιβεβλῆσθαι, οἷόν τινα φύλλα σκέπην τε τῷ καρπῷ καὶ ὄψιν οὐκ ἄωρον παρεχόμενα. λέγεται τοίνυν καὶ Μωϋσῆς ἐκεῖνος ὁ πάνυ, οὗ μέγιστόν ἐστιν ἐπὶ σοφίᾳ παρὰ πᾶσιν ἀνθρώποις ὄνομα, τοῖς Αἰγυπτίων μαθήμασιν ἐγγυμνασάμενος τὴν διάνοιαν, οὕτω προσελθεῖν τῇ θεωρίᾳ τοῦ ὄντος. παραπλησίως δὲ τούτῳ, κἀν τοῖς κάτω χρόνοις, τὸν σοφὸν Δανιὴλ ἐπὶ Βαβυλῶνος φασὶ τὴν ★ σοφίαν Χαλδαίων καταμαθόντα, τότε τῶν θείων ἅψασθαι παιδευμάτων. ἀλλ' ὅτι μὲν οὐκ ἄχρηστον ψυχαῖς μαθήματα τὰ ἔξωθεν δὴ ταῦτα, ἱκανῶς εἴρηται· ὅπως γε μὴν αὐτῶν μεθεκτέον ὑμῖν, ἑξῆς ἂν εἴη λέγειν.

ϛʹ. Πρῶτον

quod ex comparatione differentia addiſcitur, non parum valet ad rei melioris commendationem. Cui ergo rei utrumque doctrinæ genus aſſimilabimus, ut imaginem quandam rei adipiſcamur? An ut arboris propria quidem eſt virtus in fructum matureſcere, ſed tamen ornatum etiam adferunt folia quæ circum ramos agitantur: ſic & animi præcipuus fructus eſt veritas; neque tamen inamœna res eſt ſi circumjiciatur ei externa illa ſapientia, tanquam frondes quæ fructum obumbrent, & aſpectu ſuo delectent. Sane & magnus ille Moſes qui ſapientiæ famam apud homines maximam obtinet, narratur diſciplinis Ægyptiorum imbuiſſe animum, priuſquam ad contemplationem ejus qui vere eſt accederet. Sic etiam poſteriore ævo ſapiens ille Daniel traditur Babylone Chaldæorum hauſiſſe diſciplinas, atque ita perveniſſe ad ea quæ divinitus diſcuntur. Et ſatis quidem dictum ſit hactenus, quo appareat non inutilia eſſe animis extranea illa ſtudia. Reſtat dicamus quomodo eis utendum ſit.

6. Primum

ϛʹ. Πρῶτον μὲν οὖν τοῖς παρὰ τῶν ποιητῶν (ἵν' ἐντεῦθεν ἄρξωμαι) ἐπεὶ παντοδαποί τινές εἰσι, μὴ πᾶσιν ἐφεξῆς προσέχειν τὸν νοῦν. ἀλλ' ὅταν μὲν τὰς τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν πράξεις, ἢ λόγους ὑμῖν διεξίωσιν, ἀγαπᾷν τε καὶ ζηλοῦν, καὶ ὅτι μάλιστα πειρᾶσθαι τοιούτους εἶναι. ὅταν δὲ ἐπὶ μοχθηροὺς ἄνδρας ἔλθωσι, τῇ μιμήσει ταύτῃ δεῖ φεύγειν ἐπιφρασσομένους τὰ ὦτα, οὐχ ἧττον, ἢ τὸν Ὀδυσσέα φασὶν ἐκεῖνοι, τὰ τῶν Σειρήνων μέλη. ἡ γὰρ πρὸς τοὺς φαύλους τῶν λόγων συνήθεια, ὁδός τίς ἐστιν ἐπὶ τὰ πράγματα. διὸ δὴ πάσῃ φυλακῇ τὴν ψυχὴν τηρητέον, μὴ διὰ τῆς τῶν λόγων ἡδονῆς παραδεξάμενοί τι λάθωμεν τῶν χειρόνων· ὥσπερ οἱ τὰ δηλητήρια μετὰ τοῦ μέλιτος προσιέμενοι. οὐ τοίνυν ἐπαινεσόμεθα τοὺς ποιητὰς, οὐ λοιδορουμένους, οὐ σκώπτοντας, οὐκ. ἐρῶντας ἢ μεθύοντας μιμουμένους, οὐχ ὅταν τραπέζῃ πληθούσῃ καὶ ᾠδαῖς ἀνειμέναις τὴν εὐδαιμονίαν ὁρίζονται. πάντων δὲ ἥκιστα περὶ θεῶν τι διαλεγομένοις προσέξομεν, καὶ μάλισθ' ὅταν, ὡς περὶ πολλῶν τε αὐτῶν διεξίωσι, καὶ τούτων οὐδὲ ὁμονοούντων.

6. Primum igitur apud poëtas, ut inde potiſſimum incipiamus, quando multa varia permiſcent, non omnia ad animum admittenda ſunt, ſed ubi virorum bonorum facta aut dicta nobis enarrant, illa amanda, atque imitanda nobis ſunt, dandaque opera ut eis ſimiles evadamus. At quoties ad improbos homines delabuntur, cavenda imitatio & obſtruendæ aures non minus quam Ulyſſem feciſſe aiunt ad Sirenum carmina. Nam pravis ſermonibus aſſueſcere ad res ipſas ducit. Ideo quantum fieri poteſt cavendum eſt ne per ſermonis voluptatem deliniti ſine ſenſu pravi aliquid in animum admittamus, ut illi qui cum melle venena ſumunt. Non laudabimus igitur poëtas quoties aut calumniantes, aut convitiantes, aut amantes, aut ebrios imitantur, ne tum quidem cum menſa referta & mollibus canticis vitam beatam definiunt. Minime autem eis credemus, quoties de Deis aliquid diſſerunt, præſertim cum plures numero ponunt, neque inter ſe con-

πᾶν. ἀδελφὸς γὰρ δὴ παρ' ἐκείνοις διαστασιάζει πρὸς ἀδελφόν, καὶ γονεὺς πρὸς παῖδας. καὶ τούτοις αὖθις πρὸς τοὺς τεκόντας πόλεμός ἐστιν ἀκήρυκτος. μοιχείας δὲ θεῶν καὶ ἔρωτας καὶ μίξεις ἀναφανδόν, καὶ ταύτας γε μάλιστα τοῦ κορυφαίου πάντων καὶ ὑπάτου Διός, ὥς αὐτοὶ λέγουσιν, ἃς κἂν περὶ βοσκημάτων τις λέγων ἐρυθριάσειε, τοῖς ἐπὶ σκηνῆς καταλείψομεν. ★ Ταυτὰ δὴ ταῦτα λέγειν καὶ περὶ συγγραφέων ἔχω· καὶ μάλισθ' ὅταν ψυχαγωγίας ἕνεκα τῶν ἀκουόντων λογοποιῶσι.

ζʹ. Καὶ ῥητόρων δὲ τὴν περὶ τὸ ψεύδεσθαι τέχνην, οὐ μιμησόμεθα. οὔτε γὰρ ἐν δικαστηρίοις, οὔτ' ἐν ταῖς ἄλλαις πράξεσιν ἐπιτήδειον ὑμῖν τὸ ψεῦδος, τοῖς τὴν ὀρθὴν ὁδὸν καὶ ἀληθῆ προελομένοις τοῦ βίου, οἷς τὸ μὴ δικάζεσθαι νόμῳ προστεταγμένον ἐστίν. ἀλλ' ἐκεῖνα αὐτῶν μᾶλλον ἀποδεξόμεθα, ἐν οἷς ἀρετὴν ἐπήνεσαν ἢ πονηρίαν διέβαλον. ὡς γὰρ τῶν ἀνθέων ★ τοῖς μὲν λοιποῖς ἄχρι τῆς εὐωδίας ἢ τῆς χρόας ἐστὶν ἡ ἀπόλαυσις, ταῖς μελίτταις δ' ἄρα καὶ μέλι λαμβάνειν ἀπ' αὐτῶν ὑπάρχει· οὕτω δὴ κἀνταῦθα, τοῖς μὴ τὸ ἡδὺ καὶ ἐπίχαρι μόνον τῶν τοιούτων

λόγων

concordes. Nam & frater cum fratre apud illos contendit, & parentes cum liberis, liberi cum parentibus bellum gerunt implacabile. Jam vero Deorum adulteria, & amores, & apertos concubitus, tum aliorum, tum ejus quem ſummum ac maximum vocant Jovis, quæ etiam ſi de pecudibus narrentur merito quis erubeſcat, hiſtrionibus relinquamus. Tantundem dicere licet & de hiſtoriarum ſcriptoribus, præſertim cum ad demulcendos auditores verba ſua componunt.

7. Ne oratorum quidem artem ad fallendum inſtitutam imitabimur. Nam neque in judiciis, neque in negotiis aliis confert nobis mendacium, qui veram & rectam viam eligimus, quibus etiam judicio non contendere lege præceptum eſt. Sed illa potius recipiemus, in quibus illi aut virtutem laudant, aut vitia exagitant. Nam ut florum uſus apud alios intra colorem aut odorem ſtat, apes autem etiam mel inde legunt: ita heic quoque his qui non ſolum quod dulce & jucundum

λόγων διώκουσιν, ἔστι τινὰ καὶ ὠφέλειαν ἀπ' αὐτῶν εἰς τὴν ψυχὴν ἀποθέσθαι. κατὰ πᾶσαν δὴ οὖν τῶν μελιττῶν τὴν εἰκόνα, τῶν λόγων ὑμῖν μεθεκτέον. ἐκεῖναί τε γὰρ οὔτε ἅπασι τοῖς ἄνθεσι παραπλησίως ἐπέρχονται, οὔτε μὴν οἷς ἂν ἐπιπτῶσιν ὅλα φέρειν ἐπιχειροῦσιν, ἀλλ' ὅσον αὐτῶν ἐπιτήδειον πρὸς τὴν ἐργασίαν λαβοῦσαι, τὸ λοιπὸν χαίρειν ἀφῆκαν. ἡμεῖς τε, ἢν σωφρονῶμεν, ὅσον οἰκεῖον ἡμῖν καὶ συγγενὲς τῇ ἀληθείᾳ παρ' αὐτῶν κομισάμενοι, ὑπερβησόμεθα τὸ λειπόμενον. καὶ καθάπερ τῆς ῥοδωνίας τοῦ ἄνθους δρεψάμενοι τὰς ἀκάνθας ἐκκλίνομεν, οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν τοιούτων λόγων, ὅσον χρήσιμον καρπωσάμενοι, τὸ βλαβερὸν φυλαξόμεθα. εὐθὺς οὖν ἐξ ἀρχῆς ἐπισκοπεῖν ἕκαστον τῶν μαθημάτων καὶ συναρμόζειν τῷ τέλει προσήκει, ★ κατὰ τὴν Δωρικὴν παροιμίαν, τὸν λίθον ποτὶ τὰν σπάρτον ἄγοντας.

η'. Καὶ ἐπειδήπερ δι' ἀρετῆς ἡμᾶς ἐπὶ τὸν βίον καθεῖναι δεῖ τὸν ἡμέτερον, εἰς ταύτην δὲ πολλὰ μὲν ποιηταῖς, πολλὰ δὲ συγγραφεῦσι, πολλῷ δὲ ἔτι πλείω φιλοσόφοις ἀνδράσιν ὕμνηται, τοῖς τοιούτοις τῶν λόγων μάλιστα προσεκτέον. οὐ μικρὸν

dum est sectantur, utilitatem etiam ad animum reportandi inde occasio est. Atque omnino ad apum exemplum libris uti debemus. Nam nec illæ omnibus æque floribus insident, neque eos quibus involarunt auferunt totos, sed quod ipsis ad opus usui est decerpto reliquum dimittunt. Sic nos, si sapere volumus, quod nobis congruit, & veritati cognatum est inde auferemus, relictis cæteris. Et quomodo in rosetis flores ita carpimus ut sentes evitemus, sic in sermonibus illis quod utile est arripientes, fugiemus siquid est noxium. Primum igitur doctrinæ quodque genus explorandum est, & fini proposito accommodandum, & ut Doricum habet proverbium, *lapis aptandus funi.*

8. Et quando ad vitam illam quam optamus nisi per virtutem perveniri nequit, multa autem ad eam pertinentia dicta sunt à poëtis, multa ab historiarum scriptoribus, plurima vero à Philosophis, talibus scriptis maxime incumbendum est. Neque enim exi-

μικρὸν γὰρ τὸ ὄφελος οἰκειότητά τινα καὶ συνήθειαν ταῖς τῶν νέων ψυχαῖς τῆς ἀρετῆς ἐγγενέσθαι· ἐπεὶ γὰρ ἀμετάστατα πέφυκεν εἶναι τὰ τῶν τοιούτων μαθήματα, δι' ἁπαλότητα τῶν ψυχῶν, εἰς βάθος ἐνσημαινόμενα. ἢ τί ποτε ἄλλο διανοηθέντα τὸν Ἡσίοδον ὑπολάβωμεν ταυτὶ ποιῆσαι τὰ ἔπη, ἃ πάντες ᾄδουσιν ἢ οὐχὶ προτρέποντα τοὺς νέους ἐπ' ἀρετήν; ὅτι τραχεῖα μὲν πρῶτον καὶ δύσβατος, καὶ ἱδρῶτος συχνοῦ καὶ πόνου πλήρης, ἡ πρὸς ἀρετὴν φέρουσα καὶ ἀνάντης ὁδός. διόπερ οὐ παντὸς, οὔτε προσβῆναι αὐτῇ διὰ τὸ ὄρθιον, οὔτε προσβάντι, ῥᾳδίως ἐπὶ τὸ ἄκρον ἐλθεῖν, ἄνω δὲ γενομένῳ ὁρᾶν ὑπάρχει, ὡς μὲν λεία τε καὶ καλή. ὡς δὲ ῥᾳδία τε καὶ εὔπορος, καὶ τῆς ἑτέρας ἡδίων τῆς ἐπὶ τὴν κακίαν ἀγούσης, ἣν ἀθρόαν εἶναι λαβεῖν ἐκ τοῦ σύνεγγυς ὁ αὐτὸς οὗτος ποιητὴς ἔφησεν. ἐμοὶ μὲν γὰρ δοκεῖ οὐδὲν ἕτερον, ἢ προτρέπων ἡμᾶς ἐπ' ἀρετήν, καὶ προκαλούμενος ἅπαντας ἀγαθοὺς εἶναι, ταῦτα διελθεῖν· καὶ ὥστε μὴ καταμαλακισθέντας πρὸς τοὺς πόνους προαποστῆναι τοῦ τέλους.

θʹ. Καὶ

exiguum momentum habet in juvenilibus animis conſuetudinem inſeri atque commercium virtutis, quandoquidem fixa ſolent manere illa documenta, quæ animis quo ſunt teneriores hoc altius imprimuntur. Neque vero alia de cauſa Heſiodus verſus illos adeo celebres videtur ſcripſiſſe, niſi ut juventutem imprimis ad virtutem incitaret, cum dixit duram ac difficilem multique laboris ac ſudoris plenam eſſe, quæ ad virtutem exigitur via, unde nec cujuſvis eſſe aut progredi propter arduum viæ, aut progreſſum in ſummum eniti: At ſi quis eniſus fuerit, eum jam tum conſpicere quam ſit lenis ac pulchra, quam facilis denique & commoda, quanto denique melior illa altera quæ in vitium ducit, quam eo quod propinqua ſit gregatim iniri idem docet poëta. Mihi enim videtur non aliam ob cauſam hæc dixiſſe, quam ut omnes ad virtutem excitaret, auctorque eis eſſet ut viri boni evaderent, neque laboribus defatigati ante metam deficerent.

9. Quod

θʹ. Καὶ μὴν τοι, καὶ εἴ τις ἕτερος ἐοικότα τούτοις τὴν ἀρετὴν ὕμνησεν, * ὡς εἰς ταὐτὸν ἡμῖν φέροντας τοὺς λόγους ἀποδεχόμεθα. ὡς δ' ἐγώ τινος ἤκουσα δεινοῦ καταμαθεῖν ἀνδρὸς ποιητοῦ διάνοιαν, πᾶσα μὲν ἡ ποίησις τῷ Ὁμήρῳ ἀρετῆς ἐστιν ἔπαινος, καὶ πάντα αὐτῷ πρὸς τοῦτο φέρει ὅτι μὴ πάρεργον. οὐχ ἥκιστα δὲ ἐν οἷς τὸν στρατηγὸν τῶν Κεφαλλήνων πεποίηκε γυμνὸν ἐκ τοῦ ναυαγίου περισωθέντα. πρῶτον μὲν αἰδέσαι τὴν βασιλίδα φανέντα μόνον· τοσούτου δεῖν αἰσχύνην ὀφλῆσαι γυμνὸν ὀφθέντα * μόνον, ἐπειδήπερ αὐτὸν ἀρετὴ ἀντὶ ἱματίων κεκοσμημένον ἐποίησε. ἔπειτα μέν τοι καὶ τοῖς λοιποῖς Φαίαξι τοσούτου ἄξιον νομισθῆναι, ὥστε ἀφέντας τὴν τρυφὴν ᾗ συνέζων, ἐκεῖνον ἀποβλέπειν καὶ ζηλοῦν ἅπαντας, καὶ μηδένα Φαιάκων ἐν τῷ τότε εἶναι ἄλλό τι ἂν εὔξασθαι μᾶλλον, ἢ Ὀδυσσέα γενέσθαι, καὶ ταῦτα ἐκ ναυαγίου περισωθέντα. ἐν τούτοις γὰρ ἔλεγεν ὁ τοῦ ποιητοῦ τῆς διανοίας ἐξηγητής, μονονουχὶ βοῶντα λέγειν τὸν Ὅμηρον, ὅτι ἀρετῆς ὑμῖν ἐπιμελητέον, ὦ ἄνθρωποι, ἣ καὶ ναυαγή-

σαντι

9. Quod ſi quis alius his ſimilia dixit in commendationem virtutis, recipiemus ſane ejus dicta ut eodem ſpectantia: At ſane ut ego à viro gravi & in mente poëtæ aſſequenda ſagace admodum audire me memini, omnis Homeri poëſis virtutis eſt laus, omniaque eo ſpectant, extra ea quæ acceſſionis ſunt loco. Ibi vero maxime, ubi Cephallenum ducem facit nudum è naufragio ſervari. Nam ipſam reginam ejus in ſolitudine conſpecti tactam reverentia narrat: tantum abeſt ut puduerit ipſum, quod & ſolus & nudus conſpiceretur, quando virtus ipſum pro veſtibus ornabat. Poſtea quoque Phæacibus reliquis tanti ipſum viſum fuiſſe, ut relictis deliciis quibus aſſueverant illum ſuſpicerent, illum mirarentur omnes: neque id temporis quenquam Phæacum quippiam eſſe maluiſſe quam Ulyſſem quantumvis à naufragio recentem. Nam heic aiebat ille ſententiæ poëticæ interpres tantum non clamare Homerum: Virtuti ſtudere vos ô homines oportet, quæ

cum

σαντι συνεκνήχεται, καὶ ἐπὶ τῆς χέρσου γενόμενον γυμνὸν, τιμιώτερον ἀποδείξει τῶν εὐδαιμόνων Φαιάκων. καὶ γὰρ οὕτως ἔχει. τὰ μὲν ἄλλα τῶν κτημάτων, οὐ μᾶλλον τῶν ἐχόντων, ἢ καὶ οὑτινοσοῦν τῶν ἐπιτυχόντων ἐστὶν, ὥσπερ ἐν παιδιᾷ κύβων τῇδε κἀκεῖσε μεταβαλλόμενα· μόνη δὲ κτημάτων ἡ ἀρετὴ ἀναφαίρετον, καὶ ζῶντι καὶ τελευτήσαντι παραμένουσα. ὅθεν δὴ καὶ Σόλων μοι δοκεῖ πρὸς τοὺς εὐπόρους εἰπεῖν,

Ἀλλ' ἡμεῖς αὐτοῖς οὐ διαμειψόμεθα
Τῆς ἀρετῆς τὸν πλοῦτον· ἐπεὶ τὸ μὲν ἔμπεδον *αἰεὶ,
Χρήματα δ' ἀνθρώπων ἄλλοτε ἄλλος ἔχει.

ι'. Παραπλήσια δὲ τούτοις, καὶ τὰ Θεόγνιδος, ἐν οἷς φησι τὸν Θεὸν, ὅν τινα δὴ καί φησι, τοῖς ἀνθρώποις τὸ τάλαντον ἐπιῤῥέπειν ἄλλοτε * ἄλλως. Ἄλλοτε μὲν πλουτεῖν, * ἄλλοτε δὲ μηδὲν ἔχειν. καὶ μὴν καὶ ὁ Χῖος που σοφιστὴς τῶν ἑαυτοῦ συγγραμμάτων, ἀδελφὰ τούτοις εἰς ἀρετὴν καὶ κακίαν ἐφιλοσόφησεν, ᾧ δὴ καὶ αὐτῷ τὴν διάνοιαν προσεκτέον (οὐ γὰρ ἀπόβλητος ὁ

cum naufrago enatat, & in terra expoſitum nudum venerabiliorem facit illis, qui beati putabantur Phæacibus. Ita quippe ſe res habet: Cætera quidem quæ poſſidentur non magis poſſidentium ſunt, quam alterius cujuſvis, & huc illuc tranſmoventur, quemadmodum in talorum ludo fieri conſuevit: Sola autem rerum quæ poſſidentur virtus auferri nequit, vivoque & mortuo adhæret: unde & Solon mihi videtur recte locupletes illos ſic affari:

At nos virtutis munera divitiis
Permutare nefas: manet uſque immobilis illa:
At fluxas nunc hic, nunc habet alter opes.

10. Simile eſt Theognidis illud, ubi dicit Deum (quemcunque tandem Deum ſenſerit) trutinam varie hominibus modo huc, modo illuc vergere, ut nunc quidem divites ſint, nunc vero pauperes. Sed & Chius declamator in quadam operum ſuorum parte his conſentientia de virtute & vitio diſſeruit, cui ſane, quando vir eſt minime ſpernendus, præbenda eſt

ὁ ἀνήρ). ἔχει δὲ οὕτω πως ὁ λόγος αὐτοῦ, ὅσα ἐγὼ τοῦ ἀνδρὸς τῆς διανοίας μέμνημαι, ἐπεὶ τά γε ῥήματα οὐκ ἐπίσταμαι, πλήν γε δὴ ὅτι ἁπλῶς οὕτως εἴρηκεν ἄνευ μέτρου. ὅτι νέῳ ὄντι τῷ Ἡρακλεῖ κομιδῇ, καὶ σχεδὸν ταύτην ἄγοντι τὴν * ἡλικίαν ἣν καὶ ὑμεῖς νῦν, βουλευομένῳ ποτέραν τράπηται τῶν ὁδῶν, τὴν διὰ τῶν πόνων ἄγουσαν πρὸς ἀρετήν, ἢ τὴν ῥᾴστην· προσελθεῖν δύο γυναῖκας· ταύτας δὲ εἶναι ἀρετήν καὶ κακίαν· εὐθὺς μὲν οὖν καὶ σιωπώσας, ἐμφαίνειν ἀπὸ τοῦ σχήματος τὸ διάφορον. εἶναι γὰρ τὴν μὲν ὑπὸ κομμωτικῆς διεσκευασμένην εἰς κάλλος, καὶ ὑπὸ τρυφῆς διαρρεῖν, καὶ πάντα ἑσμὸν ἡδονῆς ἐξηρτημένην ἄγειν. ταῦτά τε οὖν δεικνύναι, καὶ ἔτι πλείω τούτων ὑπισχνουμένην, ἕλκειν ἐπιχειρεῖν τὸν Ἡρακλέα πρὸς ἑαυτήν. τὴν δ' ἑτέραν, κατεσκληκέναι, καὶ αὐχμεῖν, καὶ σύντονον βλέπειν, καὶ λέγειν τοιαῦτα ἕτερα. ὑπισχνεῖσθαι γὰρ οὐδὲν ἀνειμένον οὐδὲ ἡδύ, ἀλλ' ἱδρῶτας μυρίους καὶ πόνους καὶ κινδύνους, διὰ πάσης ἠπείρου τε καὶ θαλάσσης. ἆθλον δὲ τούτων εἶναι, Θεὸν γενέσθαι, ὡς ὁ ἐκείνου λόγος. ἧπερ δὴ καὶ τελευτῶντα τὸν Ἡρακλέα ξυνέπεσθαι.

ιά. Καὶ

est audientia. Habet autem sic ejus oratio, quantum ego eam animo complecti valeo, verba enim non memini, nisi hoc solum soluto sermone non carminis lege narrari ab illo: Herculi admodum juveni & ferme cujus nunc vos estis ætatis, consultanti utram eligeret viam, eam quæ per labores ad virtutem duceret, an facilem alteram, advenisse fœminas duas. Esse autem has Virtutem & Vitium. Eas quamvis silentes facile habitu ipso differentiam sui prodidisse. Alteram enim fuco quæsitam habuisse pulchritudinem, & diffluxisse præ deliciis, & habuisse ex se pendentem totum voluptatis apparatum. Hæc ostentantem, pollicentem vero plura, id egisse ut ad se pelliceret Herculem. Alteram vero corpore extenuato, habitu duro, vultu gravi longe alia usam oratione: promittentem non dulce aut molle quippiam, sed sudores infinitos & pericula terra ac mari: præmium autem horum fore, Deum fieri (ita enim loquitur) & hanc in partem concessisse Herculem.

11. Fer-

ια'. Καὶ σχεδὸν ἅπαντες, ὧν δὴ καὶ λόγος τίς ἐστιν ἐπὶ σοφίᾳ, ἢ μικρὸν ἢ μεῖζον, εἰς δύναμιν ἕκαστος ἐν τοῖς ἑαυτῶν συγγράμμασιν, ἀρετῆς ἔπαινον διεξῆλθον, οἷς πειστέον καὶ πειρατέον ἐπὶ τοῦ βίου δεικνύναι τοὺς λόγους. ὡς ὅγε τὴν ἄχρι ῥημάτων παρὰ τοῖς ἄλλοις φιλοσοφίαν, ἔργῳ βεβαιῶν·

*Οἶος πέπνυται, τοὶ δὲ, σκιαὶ ἀΐσσουσι.

καί μοι δοκεῖ τὸ τοιοῦτον παραπλήσιον εἶναι, ὥσπερ ἂν εἰ ζωγράφου θαυμαστόν τι οἷον κάλλος ἀνθρώπου μιμησαμένου, ὁ δὲ αὐτὸς εἴη τοιοῦτος ἐπὶ τῆς ἀληθείας, οἷον ἐπὶ τῶν πινάκων ἐκεῖνον ἔδειξεν. ἐπεὶ τό γε λαμπρῶς μὲν ἐπαινέσαι τὴν ἀρετὴν εἰς τὸ μέσον, καὶ μακροὺς ὑπὲρ αὐτῆς ἀποτείνειν λόγους, ἰδίᾳ δὲ τὸ ἡδὺ πρὸ τῆς σωφροσύνης, καὶ τὸ πλέον ἔχειν πρὸ τοῦ δικαίου τιμᾶν, ἐοικέναι φαίην ἂν ἔγωγε τοῖς ἐπὶ σκηνῆς ὑποκρινομένοις τὰ δράματα· οἳ ὡς βασιλεῖς καὶ δυνάσται πολλάκις εἰσέρχονται, οὔτε βασιλεῖς ὄντες οὔτε δυνάσται, οὐδὲ μὴν ἴσως, τυχὸν ἐλεύθεροι τὸ παράπαν. εἶτα μουσικὸς μὲν, οὐκ ἂν ἑκὼν δέξαιτο ἀνάρμοστον αὐτῷ τὴν λύραν εἶναι, καὶ

χοροῦ

11. Ferme autem & alii omnes, quibus instituta est de sapientia oratio, plus minusve pro virili quisque in operibus suis virtutis laudem sunt exsecuti, quibus non fides tantum adhibenda est, sed & danda opera, ut quæ docent, ea nos vita exprimamus. Nam qui, quam cæteri verbo colunt sapientiam, re præstat,

Ille sapit solus, reliqui, levis umbra, feruntur.

Ac consimile hoc mihi videtur, atque si quis pictor, qui eximiæ pulchritudinis hominem pinxisset, talis ipse sit, qualem in tabula imaginem exhibuit. Nam palam quidem magnifice laudare virtutem, & prolixe de ea disserere, privatim autem voluptatem præ temperantia, & plus æquo habendi studium præ justo ponere, perinde se habet quasi cum histriones fabulam agunt, & modo ut reges, modo ut satrapæ incedunt, cum neutrum sint, imo sæpe nec liberæ conditionis. Tum vero fidicen valde sibi cavebit ne male composita sit testudo, &

chori

χοροῦ κορυφαῖος, μὴ ὅτι μάλιστα συνᾴδοντα τὸν χορὸν ἔχειν. αὐτὸς δέ τις ἕκαστος διαστασιάσει πρὸς ἑαυτὸν, καὶ οὐχὶ τοῖς λόγοις ὁμολογοῦντα τὸν βίον παρέξεται· ἀλλ᾽ ἡ γλῶττα μὲν ὀμώμοκεν, ἡ δὲ φρὴν ἀνώμοτος κατ᾽ Εὐριπίδην ἐρεῖ. καὶ τὸ δοκεῖν ἀγαθὸς περὶ τοῦ εἶναι διώξεται. ἀλλ᾽ οὗτός ἐστιν ὁ ἔσχατος τῆς ἀδικίας ὅρος (εἴ τι δεῖ Πλάτωνι πείθεσθαι) τὸ δοκεῖν δίκαιον εἶναι μὴ ὄντα.

ιβ΄. Τοὺς μὲν οὖν τῶν λόγων, οἳ τὰς τῶν καλῶν ἔχουσιν ὑποθήκας, οὕτως ἀποδεχώμεθα. ἐπειδὴ δὲ καὶ πράξεις σπουδαῖαι τῶν παλαιῶν ἀνδρῶν, ἢ μνήμης ἀκολουθίᾳ πρὸς ἡμᾶς διασώζονται, ἢ ποιητῶν, ἢ συγγραφέων φυλαττόμεναι λόγοις, μηδὲ τῆς ἐντεῦθεν ὠφελείας ἀπολειπώμεθα. οἷον, ἐλοιδόρει τὸν Περικλέα τῶν ἐξ ἀγορᾶς τις ἀνθρώπων· ὁ δὲ οὐ προσεῖχε· καὶ εἰς πᾶσαν διήρκεσε τὴν ἡμέραν, ὁ μὲν ἀφειδῶς πλύνων αὐτὸν τοῖς ὀνείδεσιν, ὁ δὲ οὐ μέλων αὐτῷ. εἶτα, ἑσπέρας ἤδη καὶ σκότους ἀπαλλαττόμενον μόλις ὑπὸ φωτὶ παρέπεμψε Περικλῆς, ὅπως αὐτῷ μὴ διαφθαρείη τὸ πρὸς φιλοσοφίαν γυμνάσιον. πάλιν τις Εὐκλείδῃ τῷ Μεγαρόθεν παροξυνθεὶς, θάνατον ἠπείλησεν

* καὶ

chori princeps ne male concinat chorus: noſtrum autem quiſque à ſe diſſentiet, neque ſermonibus conſonantem vitam exhibebit, ſed cum Euripide dicet *linguam juratam, mentem ſibi injuratam eſſe*, bonuſque videri quam eſſe malet? Atqui hæc ultima eſt injuſtitiæ linea, ſiquid Platoni credimus, juſtum videri cum non ſis.

12. Dicta igitur quibus honeſta præcepta inerunt hoc modo ſuſcipiemus. Quoniam vero facta etiam præclara veterum, aut memoriæ continuatione, aut ſcriptis conſervatæ ad nos devenerunt, ne illa quidem quæ hinc capi poteſt omittenda eſt utilitas. Exempli cauſa. Periclem conviтiis impetebat ſcurra quidam: ille autem inſuper habuit: neque toto die deſtiterunt aut hic conviтiari, aut ille convitia contemnere. Veſperi vero diſcedentem Pericles cum lumine deduxit, nequid ipſi ad exercendam virtutem deperiret. Rurſum evenit ut Euclidæ Megarenſi iratus quidam mortem comminaretur etiam

cum

* καὶ ἐπώμοσεν· ὁ δὲ ἀντώμοσεν, ἦ μὴν ἱλεώσασθαι αὐτὸν, καὶ παύσειν χαλεπῶς πρὸς αὐτὸν ἔχοντα. πόσου ἄξιον τῶν τοιούτων τι παραδειγμάτων εἰσελθεῖν τὴν μνήμην, ἀνδρὸς ὑπὸ ὀργῆς ἤδη κατεχομένου; τῇ τραγῳδίᾳ γὰρ, οὐ πιστευτέον ἁπλῶς λεγούσῃ,

--- ἐπ' ἐχθροὺς θυμὸς ὁπλίζει χέρα,

ἀλλὰ μάλιστα μὲν, μηδὲ διανίστασθαι πρὸς θυμὸν τὸ παράπαν. εἰ δὲ μὴ ῥᾴδιον τοῦτο, ἀλλ' ὥσπερ χαλινὸν αὐτῷ τὸν λογισμὸν ἐμβάλλοντας, μὴ ἐᾶν ἐκφέρεσθαι περαιτέρω.

ιγʹ. Ἐπαναγάγωμεν δὲ τὸν λόγον αὖθις πρὸς τὰ τῶν σπουδαίων πράξεων παραδείγματα. ἔτυπτέ τις τὸν Σωφρονίσκου Σωκράτην εἰς αὐτὸ τὸ πρόσωπον ἐμπεσὼν ἀφειδῶς. ὁ δὲ οὐκ ἀντῆρεν, ἀλλὰ παρεῖχε τῷ παροινοῦντι τῆς ὀργῆς ἐμφορεῖσθαι, ὥστε ἐξοιδεῖν ἤδη καὶ ὕπουλον αὐτῷ τὸ πρόσωπον ὑπὸ τῶν πληγῶν εἶναι. ὡς δ' οὖν ἐπαύσατο τύπτων, ἄλλο μὲν οὐδὲν ὁ Σωκράτης ποιῆσαι, ἐπιγράψαι δὲ τῷ μετώπῳ λέγεται, ὥσπερ ἀνδριάντι τὸν δημιουργὸν, Ὁ δεῖνα ἐποίει·

cum jurejurando: ille autem contra juravit effecturum se, ut ille sibi reconciliaretur, infestumque animum deponeret. Quanti vero refert hujusmodi exemplorum aliquod in mentem venire ei qui ab ira tentetur? Neque enim Tragœdiæ omnino assentiendum est quæ ait,

--- *in hostes ira trux armat manum.*

Quin potius ne commoveri quidem ira nos oportet: quod si id difficilius, certe ratione injecta, velut fræno, cohibenda est ne evagetur.

13. Sed ad alia laudabiliter factorum exempla, unde abierat redeat oratio. Socrati Sophronisci filio nescio quis magno impetu os percidit: ille non opposuit sese, sed insanientem hominem permisit iram satiare usque dum plagis tuber esset totum caput. At cum ille verberare desiisset; nihil quidem aliud fecisse aiunt Socratem, sed tanquam statuæ auctor inscribi solet, ita ipsum fronti suæ inscripsisse, *Ille fecit,*

ἐποίει· καὶ τοσοῦτον ἀμύνασθαι. ταῦτα σχεδὸν εἰς τ' αὐτὸν τοῖς ἡμετέροις φέροντα, πολλοῦ ἄξιον εἶναι μιμήσασθαι τοὺς τηλικούτους φημί. ★τουτὶ μὲν γὰρ τὸ τοῦ Σωκράτους, ἀδελφὸν ἐκείνῳ τῷ παραγγέλματι, ὅτι τῷ τύπτοντι κατὰ τῆς σιαγόνος, καὶ τὴν ἑτέραν παρέχειν προσῆκε, τοσοῦτον δεῖν ἀπαμύνασθαι. τὸ δὲ τοῦ Περικλέους, ἢ τὸ Εὐκλείδου, τῷ, τοὺς διώκοντας ὑπομένειν καὶ πράως αὐτῶν τῆς ὀργῆς ἀνέχεσθαι· καὶ τῷ, τοῖς ἐχθροῖς ★εὔχεσθαι ἀγαθὰ, ἀλλὰ μὴ ἐπαρᾶσθαι. ὡς ὅγε ἐν τούτοις προπαιδευθεὶς, οὐκ ἔτ' ἂν ἐκείνοις ὡς ἀδυνάτοις διαπιστήσειεν. οὐκ ἂν παρέλθοιμι τὸ τοῦ Ἀλεξάνδρου, ὃς τὰς θυγατέρας Δαρείου αἰχμαλώτους λαβὼν, ★θαυμαστὸν ὅσον τὸ κάλλος παρέχειν μαρτυρουμένας, οὐδὲ προσιδεῖν ἠξίωσεν. αἰσχρὸν εἶναι κρίνων τοὺς ἄνδρας ἑλόντα, γυναικῶν ἡττηθῆναι. τουτὶ γὰρ εἰς ταὐτὸν ἐκείνῳ φέρει, ὅτι ὁ ἐμβλέψας πρὸς ἡδονὴν γυναικὶ, κἂν μὴ τῷ ἔργῳ τὴν μοιχείαν ἐπιτελέσῃ, ἀλλὰ τῷ γε τὴν ἐπιθυμίαν τῇ ψυχῇ παραδέξασθαι,

fecit, & hac vindicta fuisse contentum. Hæc valde nostris affinia multum refert his qui vestræ sunt ætatis imitanda sumi. Nam Socratis illud germanum est præcepto quo jubemur *dextram maxillam verberanti & sinistram porrigere*, tantum abest ut nos ulciscamur. At Periclis illud vel Euclidis plane illi præcepto congruit, quod jubet sustinere eos qui nos vexant, & placide iram eorum tolerare, quin etiam inimicis non modo non maledicere, sed & prospera precari: ita ut qui illis prius institutus fuerit, hæc quoque nostra impleri posse non sit diffisurus. Nec Alexandri illud omittam, qui cum filias Darii bello cepisset, quarum admirabilis forma ab omnibus prædicabatur, ne aspicere quidem eas voluit, indignum esse existimans si qui viros vicisset, à mulierculis vinceretur. Nam hoc ad illud accedit, quod discimus, siquis voluptatis causa mulierem aspexerit, etiamsi opere ipso non impleverit adulterium, sed cupiditatem tantum intra animum admiserit,

δέξασθαι, οὐκ ἀφίεται τοῦ ἐγκλήματος. τὸ δὲ τοῦ Κλεινίου τοῦ Πυθαγόρου γνωρίμων ἑνός, χαλεπὸν πιστεῦσαι ἀπὸ ταὐτομάτου συμβῆναι τοῖς ἡμετέροις, ἀλλ' οὐχὶ ★ μιμησαμένου σπουδῇ. τί δὲ ἦν ὃ ἐποίησεν ἐκεῖνος; ἐξὸν δι' ὅρκου τριῶν ταλάντων ζημίαν ἀποφυγεῖν, ★ ὁ δὲ ἀπέτισε μᾶλλον ἢ ὤμοσε, καὶ ταῦτα εὐορκεῖν μέλλων· ἀκούσας, ἐμοὶ δοκεῖν, τοῦ προστάγματος, τοῦ τὸν ὅρκον ἡμῖν ἀπαγορεύοντος.

ιδ'. Ἀλλ' ὅπερ ἐξ ἀρχῆς ἔλεγον πάλιν εἰς ταὐτὸ ἐπανίωμεν. οὐ πάντα ἐξῆς παραδεκτέον ἡμῖν, ἀλλ' ὅσα χρήσιμα. καὶ γὰρ αἰσχρὸν τῶν μὲν σιτίων τὰ βλαβερὰ διωθεῖσθαι, τῶν δὲ μαθημάτων ἃ τὴν ψυχὴν ἡμῶν τρέφει, μηδένα λόγον ἔχειν, ἀλλ' ὥσπερ χειμάρρους παρασύροντας ἅπαν τὸ προστυχὸν ἐμβάλλεσθαι. καίτοι τίνα ἔχει λόγον, κυβερνήτην μὲν οὐκ εἰκῇ τοῖς πνεύμασιν ἐφιέναι, ἀλλὰ πρὸς ὅρμους εὐθύνειν τὸ σκάφος· καὶ τοξότην κατὰ σκοποῦ βάλλειν· καὶ μὲν δὴ καὶ χαλκευτικόν τινα ἢ τεκτονικὸν ὄντα τοῦ κατὰ τὴν τέχνην ἐφίεσθαι τέλους· ἡμᾶς δὲ καὶ τῶν τοιούτων δημιουργῶν ἀπολείπεσθαι,

πρὸς

miſerit, non vacare à culpa. Jam vero quod Clinias è Pythagoræ ſecta fecit vix credibile eſt caſu cum noſtris præceptis convenire, ac non ex imitandi propoſito profectum. Quid autem ille fecit? Cum jurejurando effugere poſſet trium talentorum jacturam, ſolvere pecuniam quam jurare maluit, quanquam nihil niſi verum juraturus fuerat, credo quod de præcepto illo intellexiſſet, quo jurare nobis interdicitur.

14. Sed ad id quod cœperamus dicere revertamur, non omnia promiſcue accipienda, ſed ea quæ utilitatem habent. Turpe enim ſit, ſi quæ in cibis noxia ſunt repellimus, documenta autem, qui paſtus animorum eſt, non diſcernamus, ſed torrentis modo rapti trahamus quicquid eſt obvium. Quæ vero hoc patitur ratio, ut gubernator quidem non temere ventis navim permittat, ſed eam ad portum dirigat, ſagittarius quoque jaculando ſcopum petat, fabri quoque & architecti finem artis ſuæ intendant, nos vero in rebus noſtris conſiderandis à talium

πρός γε τὸ συνορᾶν δύνασθαι τὰ ἡμέτερα; οὐ γὰρ δὴ τῶν μὲν χειρωνακτῶν ἐστι πέρας τῆς ἐργασίας, τοῦ δὲ ἀνθρωπίνου βίου σκοπὸς οὐκ ἔστι, πρὸς ὃν ἀφορῶντα πάντα ποιεῖν καὶ λέγειν χρή, τόν γε μὴ τοῖς ἀλόγοις προσεοικέναι μέλλοντα. ἢ οὕτως ἂν εἴημεν ἀτεχνῶς κατὰ τῶν πλοίων τὰ ἀνερμάτιστα, οὐδενὸς ἡμῖν νοῦ ἐπὶ τῶν τῆς ψυχῆς οἰάκων καθεζομένου, εἰκῇ κατὰ τὸν βίον ἄνω καὶ κάτω περιφερόμενοι.

ιε'. Ἀλλ' ὥσπερ ἐν τοῖς γυμνικοῖς ἀγῶσιν, εἰ δὲ βούλει τῆς μουσικῆς, ἐκείνων εἰσὶ τῶν ἀγώνων αἱ μελέται, ὧν περ οἱ στέφανοι. καὶ οὐδείς γε πάλην ἀσκῶν ἢ παγκράτιον, εἶτα κιθαρίζειν ἢ αὐλεῖν μελετᾷ· οὔκουν ὁ Πολυδάμας γε, ἀλλ' ἐκεῖνος πρὸ τοῦ ἀγῶνος τοῦ Ὀλυμπίασι τὰ ἅρματα ἵστη τρέχοντα, καὶ διὰ τούτων τὴν ἰσχὺν ἐκράτυνε. καὶ ὅ γε Μίλων ἀπὸ τῆς ἀληλειμμένης ἀσπίδος οὐκ ἐξωθεῖτο, ἀλλ' ἀντεῖχεν ὠθούμενος οὐχ ἧττον, ἢ οἱ ἀνδριάντες οἱ τῷ μολύβδῳ συνδεδεμένοι. καὶ ἁπαξαπλῶς αἱ μελέται αὐτοῖς, παρασκευαὶ τῶν ἄθλων ἦσαν. εἰ δὲ

lium artium tractatoribus vinci nos patiamur? Fieri enim non potest, ut opifex quidem operis sui finem propositum habeat, homo autem vitæ suæ habeat nullum, ad quem respicere in loquendo & agendo eum oporteat, qui mutis animantibus par esse nolit. Nam id ni fit, superest ut temere ac fortuito quasi navigia non saburrata, ne mente quidem ad animi clavum adsidente, in hac vita huc atque illuc feramur.

15. Sed quemadmodum in certaminibus gymnicis, aut si placet musicis, ita heic quoque eorundem est corona quorum fuit exercitatio. Nemo est qui aut luctam aut pancratium professus in citharis aut tibiis tempus terat. Non ille certe Polydamas qui ante Olympicum certamen in ipso cursu currus tenebat, atque ita vires sibi firmabat. Sed & Miloni unctum quamvis scutum non excutiebatur, sed quamvis impulsus illud retinebat non minus quam statuæ plumbo agglutinatæ. Omnibus illis denique exercitatio ad certamen præparatio est. Quod si modos

δὲ τὰ Μαρσύου ἢ τὰ Ὀλύμπου ★ τῶν Φρυγῶν ἐξειργάζοντο κρούματα, καταλιπόντες τὴν κόνιν καὶ τὰ γυμνάσια, ταχύ γ' ἂν στεφάνων ἢ δόξης ἔτυχον, ★ οὐ διέφυγον δὲ τὸ μὴ καταγέλαστοι εἶναι κατὰ τὸ σῶμα. ἀλλ' οὐ μὲν τοι οὐδὲ ὁ Τιμόθεος τὴν μελῳδίαν ἀφεὶς, ἐν ταῖς παλαίστραις διῆγεν. οὐ γὰρ ἂν τοσοῦτον ὑπῆρξεν αὐτῷ διενεγκεῖν ἁπάντων τῇ μουσικῇ, ᾧ γε τοσοῦτον περιῆν τῆς τέχνης, ὥστε καὶ θυμὸν ἐγείρειν διὰ τῆς συντόνου καὶ αὐστηρᾶς ἁρμονίας. καὶ μὲν τοι καὶ χαλᾶν καὶ μαλάττειν πάλιν, διὰ τῆς ἀνειμένης ὁπότε βούλοιτο. ταύτῃ τοι καὶ Ἀλεξάνδρῳ ποτὲ τὸ Φρύγιον ἐπαυλήσαντα, ἐξαναστῆσαι αὐτὸν ἐπὶ τὰ ὅπλα λέγεται μεταξὺ δειπνοῦντα, καὶ ἐπαναγαγεῖν πάλιν πρὸς τοὺς συμπότας, τὴν ἁρμονίαν χαλάσαντα. τοσαύτην ἰσχὺν ἔν τε μουσικῇ καὶ τοῖς γυμνικοῖς ἀγῶσι, πρὸς τὴν τοῦ τέλους κτῆσιν ἡ μελέτη παρέχεται.

ιϛ'. Ἐπεὶ δὲ στεφάνων καὶ ἀθλητῶν ἐμνήσθην, ἐκεῖνοι μυρία παθόντες ἐπὶ μυρίοις, καὶ πολλαχόθεν τὴν ῥώμην ἑαυτοῖς συναυξήσαντες, πολλὰ μὲν γυμναστικοῖς ἐνιδρώσαντες πόνοις, πολλὰς

modos Phrygum Marſyæ aut Olympi curaſſent, omiſſo pulvere & gymnaſiis, coronam forte & gloriam ſic quoque reperiſſent, at non etiam corpore evaſiſſent inexpugnabiles. Neque vero rurſum Timotheus omiſſa cantandi arte palæſtræ ſe dedidit. Quod ſi feciſſet, non ſane eouſque cæteris omnibus muſicis præſtitiſſet, quippe tanta fuit in eo artis excellentia, ut & incitato & acri cantu iram intenderet, & cum libuiſſet, iterum molli ac remiſſo emolliret atque placaret. Hac ille arte quondam cum Phrygium cecinisset, Alexandrum Regem in medio convivio ad arma capienda excitavit, & remiſſo iterum cantu convivio reddidit. Tantam efficaciam tam in muſica, quam in certaminibus gymnicis ad finem conſequendum habet diligens exercitatio.

16. Quoniam vero certaminum ac coronarum incidit mentio, illi cum innumera pertulerint, & omnibus modis vires ſibi collegerint, multo cum ſudore in laboribus gymnicis delaſſati, ſæpe

πολλὰς δὲ πληγὰς ἐν παιδοτρίβου λαβόντες, δίαιταν δὲ οὐ τὴν ἡδίστην, ἀλλὰ τὴν παρὰ τῶν γυμναστῶν αἱρούμενοι, καὶ τἄλλα, ἵνα μὴ διατρίβω λέγων, οὕτω διάγοντες, ὡς τὸν πρὸ τῆς ἀγωνίας βίον μελέτην εἶναι τῆς ἀγωνίας, τηνικαῦτα ἀποδύονται πρὸς τὸ στάδιον, καὶ πάντα πονοῦσι καὶ κινδυνεύουσιν, ὥστε κοτίνου λαβεῖν στέφανον, ἢ σελίνου, ἢ ἄλλου τινὸς τῶν τοιούτων, καὶ νικῶντες ἀναρρηθῆναι παρὰ τοῦ κήρυκος· ἡμῖν δὲ οἷς ἆθλα τοῦ βίου πρόκειται οὕτω θαυμαστὰ πλήθει τε καὶ μεγέθει, ὥστε ἀδύνατα εἶναι ῥηθῆναι λόγῳ, ἐπ' ἄμφω καθεύδουσι, ★ καὶ κατὰ πολλὴν διαιτωμένοις ἄδειαν, τῇ ἑτέρᾳ λαβεῖν τῶν χειρῶν ὑπάρξει; πολλοῦ μὲν τ' ἂν ἄξιον ἦν ἡ ῥαθυμία τῷ βίῳ, καὶ ὅγε Σαρδανάπαλος τὰ πρῶτα πάντων εἰς εὐδαιμονίαν ἐφέρετο, ἢ καὶ ὁ Μαργίτης, εἰ βούλει, ὃν οὔτ' ἀροτῆρα, οὔτε σκαπτῆρα, οὔτε ἄλλο τι τῶν κατὰ τὸν βίον ἐπιτηδείων εἶναι Ὅμηρος ἔφησεν. εἰ δὴ Ὁμήρου ταῦτα. ἀλλὰ μὴ ἀληθὴς μᾶλλον ὁ τοῦ Πιττακοῦ λόγος; ὃς χαλεπὸν ἔφησεν ἐσθλὸν ἔμμεναι. διὰ

πολλῶν

ſæpe à magiſtro cæſi, victu quoque uſi non gratiſſimo, ſed eo quem lex gymnaſtica præſcribit, & ne longus ſim, in rebus omnibus ita verſati, ut tota ante certamen vita nihil eſſet aliud niſi certaminis præparatio, tandem nudi ad ſtadium procedunt, ibique tot labores, tot pericula exhauriunt, ut coronam accipiant ex oleaſtro, aut apio, aut alia aliqua fronde, & ut à præcone victores renuntientur. At nobis ſperamus contingere poſſe, ut præmia illa quæ expetimus, & multitudine & magnitudine tam admiranda, ut voce ſignificari nequeant, in utramque aurem dormitantes, & vitam agentes ſecuram, altera tantum manu capiamus? Id ſi ſit, magnum ſit pigritiæ pretium, & primas beatorum ferat Sardanapalus ille, aut, ſi mavis, Margites, quem neque aratorem fuiſſe, neque foſſorem, neque aliud noviſſe quicquam quod in vita eſſet utile Homerus narrat, ſi modo Homeri illud eſt opus. An non verius Pittaci dictum, *Difficilem rem eſſe virum bonum præſtare?* Vix

R enim

πολλῶν γὰρ δὴ τῷ ὄντι πόνων διεξελθοῦσι. μόλις ἂν τῶν ἀγαθῶν ἐκείνων τυχεῖν ἡμῖν περιγένοιτο, ὧν ἐν τοῖς ἄνω λόγοις οὐδὲν εἶναι παράδειγμα τῶν ἀνθρωπίνων ἐλέγομεν. οὐ δὴ οὖν ῥαθυμητέον ἡμῖν, οὐδὲ τῆς ἐν βραχεῖ ῥαστώνης μεγάλας ἐλπίδας ἀνταλλακτέον· εἴπερ μὴ μέλλοιμεν ὀνείδη τε ἕξειν καὶ τιμωρίας ὑφέξειν, οὔτι παρὰ τοῖς ἀνθρώποις ἐνθάδε (καίτοι καὶ τοῦτο οὐ μικρὸν τῷ γε νοῦν ἔχοντι) ἀλλ᾽ ἐν τοῖς, εἴτε ὑπὸ γῆν εἴτε καὶ ὅπου δὴ τοῦ παντὸς ὄντα τυγχάνει, δικαστηρίοις· ὡς τῷ μὲν ἀκουσίως τοῦ προσήκοντος * ἁμαρτόντι. κἂν συγγνώμη τις ἴσως παρὰ τοῦ Θεοῦ γένοιτο· τῷ δὲ ἐξεπίτηδες τὰ χείρω προελομένῳ, οὐδεμία παραίτησις τὸ μὴ οὐχὶ πολλαπλασίω τὴν κόλασιν ὑποσχεῖν.

ιζ΄. * Τί οὖν ποιῶμεν; φαίη τις ἄν, τί ἄλλο γε, ἢ τῆς ψυχῆς ἐπιμέλειαν ἔχειν, πᾶσαν σχολὴν ἀπὸ τῶν ἄλλων ἄγοντας; οὐ δὴ οὖν τῷ σώματι δουλευτέον, ὅτι μὴ πᾶσα ἀνάγκη· ἀλλὰ τῇ ψυχῇ τὰ βέλτιστα ποριστέον, ὥσπερ ἐκ δεσμωτηρίου, τῆς πρὸς τὰ τοῦ σώματος πάθη κοινωνίας, αὐτὴν διὰ φιλοσοφίας λύοντας, ἅμα δὲ καὶ τὸ σῶμα τῶν παθῶν κρεῖττον ἀπεργαζομένους. γαστρὶ μέν

γε

enim per labores plurimos ad illa nobis bona pervenire conceditur, quibus nihil eſſe quod comparari queat in vita humana jam ante diximus. Non oportet igitur ſegnes nos eſſe, neque magnam illam ſpem vendere brevi deſidia, niſi & probra & pœnas ſubire volumus, non heic apud homines, quod ipſum tamen non exiguum recte judicantibus; ſed in alio, aut ſub terra, aut ubiubi rerum agitur, judicio: Et ei quidem qui à recto imprudens deerret, veniam apud Deum paratam eſſe non eſt incredibile. At qui conſulta pejora ſectatur, nulla ei ſupereſt excuſatio, qua pœnas & quidem multiplices effugiat.

17. Quid ergo faciamus? dicat aliquis. Quid vero, niſi ut rebus cæteris ſepoſitis animi geramus curam? Non ergo corpori ſerviendum, niſi quantum neceſſitas exigit. Sed animo pars potior tribuenda eſt, ipſe per ſapientiæ ſtudium à corporeis perturbationibus ſolvendus eſt, quin danda etiam opera, ut ipſum corpus illis perturbationibus ſit ſuperius. Ventri ergo dabimus

ne-

γε τὰ ἀναγκαῖα ὑπηρετοῦντας, οὐχὶ τὰ ἥδιστα, ὡς οἵ γε τραπεζοποιούς τινας καὶ μαγείρους περινοοῦντες, καὶ πᾶσαν διερευνώμενοι γῆν τε καὶ θάλασσαν, οἷόν τινι χαλεπῷ δεσπότῃ φόρους ἀπάγοντες, ἐλεεινοὶ τῆς ἀσχολίας, τῶν ἐν ᾅδου κολαζομένων οὐδὲν πάσχοντες ἀνεκτότερον, ἀτεχνῶς εἰς πῦρ ξαίνοντες, καὶ κοσκίνῳ φέροντες ὕδωρ, καὶ εἰς * τετρημμένον ἀντλοῦντες πίθον, οὐδὲν πέρας τῶν πόνων ἔχοντες. κουρὰς δὲ καὶ ἀμπεχόνας, ἔξω τῶν ἀναγκαίων, περιεργάζεσθαι, ἢ δυστυχούντων ἐστὶ, κατὰ τὸν Διογένους λόγον, ἢ ἀδικούντων. ὥστε καλλωπιστὴν εἶναι καὶ ὀνομάζεσθαι, ὁμοίως αἰσχρὸν ἡγεῖσθαι φημὶ δεῖν τοὺς τοιούτους, ὡς τὸ ἑταιρεῖν ἢ ἀλλοτρίοις γάμοις ἐπιβουλεύειν. τί γὰρ ἂν διαφέροι τῷ γε νοῦν ἔχοντι, ξυστίδα ἀναβεβλῆσθαι, ἤ τι τῶν φαύλων ἱμάτιον φέρειν, ἕως μηδὲν ἐνδέει τοῦ πρὸς χειμῶνά τε εἶναι καὶ θάλπος ἀλεξητήριον; καὶ τἄλλα δὴ τὸν αὐτὸν τρόπον μὴ περιττότερον τῆς χρείας κατεσκευάσθαι, μηδὲ περιέπειν τὸ σῶμα πλέον, ἢ ὡς ἄμεινον τῇ ψυχῇ. οὐχ ἧττον γὰρ ὄνειδος

necessaria, non autem jucundissima, ut illi qui dulciarios & coquos conquirunt undique, & terrã simul ac mare scrutantur, quasi imperioso hero tributum cogentes, miserabiliter occupati, nec leviora patientes quam qui apud inferos hunc in modum puniri dicuntur, ut lanam in ignem carpant, aquam cribro ferant, & dolio pertuso aquam hauriant, sine ullo laborum fine. Comarum vero & vestium, supra quam necessitas exigit, curam gerere, aut miserorum est, ut Diogenes aiebat, aut injustorum hominum. Itaque vestræ ætatis quempiam comptulum esse aut appellari, non minus turpe existimo quam scortari, quam alienarum nuptiarum subsessorem agere. Quid enim sapienti differt vestem variam atque auratam, an vilius aliquod indumentum ferat, dummodo subsidia pellendo calori aut frigori non desint? Ad eundem modum in reliquis nihil extra quod usus desiderat quærendum, nec circumdandum corpori amplius quam quod animo prosit. Nam viro,

 qui

ὄνειδος ἀνδρὶ τῷ γε ἀληθῶς τῆς προσηγορίας ταύτης ἀξίῳ, καλλωπιστὴν καὶ φιλοσώματον εἶναι, ἢ πρὸς ἄλλο τι τῶν παθῶν ἀγεννῶς διακεῖσθαι. τὸ γὰρ τὴν πᾶσαν σπουδὴν εἰσφέρεσθαι, ὅπως ὡς κάλλιστα αὐτῷ τὸ σῶμα ἕξοι, οὐ διαγινώσκοντός ἐστιν ἑαυτὸν, οὐδὲ συνιέντος τοῦ σοφοῦ παραγγέλματος· Ὅτι οὐ τὸ ὁρώμενόν ἐστιν ὁ ἄνθρωπος, ἀλλά τινος δεῖ περιττοτέρας σοφίας, δι' ἧς ἕκαστος ἡμῶν, ὅς τίς ποτέ ἐστιν, ἑαυτὸν ἐπιγνώσεται. τοῦτο δὲ μὴ καθηραμένοις τὸν νοῦν ἀδυνατώτερον, ἢ λημῶντι πρὸς τὸν ἥλιον ἀναβλέψαι. κάθαρσις δὲ ψυχῆς, ὡς ἀθρόως τε εἰπεῖν καὶ ὑμῖν ἱκανῶς, τὰς διὰ τῶν αἰσθήσεων ἡδονὰς ἀτιμάζειν. μὴ ὀφθαλμοὺς ἑστιᾶν ταῖς ἀτόποις τῶν θαυματοποιῶν ἐπιδείξεσιν, ἢ σωμάτων θέαις ἡδονῆς κέντρον ★ ἐναφιέντα, μὴ διὰ τῶν ὤτων διεφθαρμένην μελῳδίαν τῶν ψυχῶν καταχεῖν. ἀνελευθερίας γὰρ δὴ καὶ ταπεινότητος ἔκγονα πάθη ἐκ τοῦ τοιοῦδε τῆς μουσικῆς εἴδους ἐγγίνεσθαι πέφυκεν.

ιη. Ἀλλὰ τὴν ἑτέραν μεταδιωκτέον ἡμῖν, τὴν ἀμείνω τε καὶ εἰς

ἄμεινον

qui vere vir dici velit, non minus probroſum eſt comere ſe, aut corpori deditum eſſe, quam alio aliquo animi morbo laborare. Nam omne ſtudium in eo ponere, ut quam pulcherrime ſe corpus habeat, hominis eſt ſe non cognoſcentis, neque memoria tenentis illud ſapiens dictum, *Non id quod cernitur eſſe hominem, ſed excellenti quadam opus eſſe ſapientia, per quam quiſque noſtrum ſe qui ſit norit.* Id vero ut quis præſtet mente non perpurgata tam fieri nequit, quam ut lippiens ſolem contra tueatur. Purgatio autem animi, ut ſemel quantum eſus vobis ſufficit dicam, eſt contemnere voluptates quæ ſenſibus percipiuntur, neque oculos paſcere præſtigiatorum vanis oſtentationibus, neque conſpectu corporum quæ voluptatis ſtimulum relinquant, neque per aures animum molli cantu perfundere. Nam paſſiones ex illiterato ac depreſſo ingenio ſubnaſcentes tale muſicæ genus ſolet producere.

18. At alia nobis ſectanda eſt melior & ad meliora ducens, qua

&

ἄμεινον φέρουσι, ᾗ καὶ Δαβὶδ χρώμενος, ὁ ποιητὴς τῶν ἱερῶν ᾀσμάτων, ἐκ τῆς μανίας, ὥς φασι, τὸν βασιλέα καθίστη. λέγεται δὲ καὶ Πυθαγόραν κωμασταῖς περιτυχόντα μεθύουσι, κελεῦσαι τὸν αὐλητὴν τοῦ κώμου κατάρχοντα, μεταβαλόντα τὴν ἁρμονίαν, ἐπαυλῆσαι σφίσι τὸ Δώριον. τοὺς δὲ οὕτως ἀναφρονῆσαι ὑπὸ τοῦ μέλους, ὥστε τοὺς στεφάνους ῥίψαντας, ★ αἰσχυνομένους ἐπανελθεῖν. ἕτεροι δὲ πρὸς αὐλὸν κορυβαντιῶσι καὶ ἐκβακχεύονται. τοσοῦτόν ἐστι τὸ διάφορον ὑγιοῦς ἢ μοχθηρᾶς μελῳδίας ἀναπλησθῆναι. ὥστε τῆς νῦν δὴ κρατούσης ταύτης ἧττον ὑμῖν μεθεκτέον, ἢ οὑτινοσοῦν τῶν αἰσχίστων. ἀτμούς γε μὴν παντοδαποὺς ἡδονὴν ὀσφρήσει φέροντας τῷ ἀέρι καταμιγνύναι, ἢ μύροις ἑαυτοὺς ἀναχρωννύναι, καὶ ἀπαγορεύειν αἰσχύνομαι. ★ τί δ' ἄν τις εἴποι περὶ τοῦ μὴ χρῆναι τὰς ἐν ἁφῇ καὶ γεύσει διώκειν ἡδονάς; ἢ ὅτι καταναγκάζουσιν αὗται τοὺς περὶ τὴν ἑαυτῶν θήραν ἐσχολακότας, ὥσπερ τὰ θρέμματα, πρὸς τὴν γαστέρα καὶ τὰ ὑπ' αὐτὴν ★ συνενευκότας ζῆν; ἑνὶ δὲ λόγῳ, παντὸς ὑπεροπτέον τοῦ σώματος τῷ μὴ ὡς ἐν βορβόρῳ ταῖς

ἡδοναῖς

& David uſus, ſacrorum carminum poëta, narratur à furore Regem revocaſſe. Sed & Pythagoras fertur cum in ebrios comeſſatores incidiſſet, imperaſſe tibicini, qui temulento convivio præerat, mutato ſono Dorium incinere. Illos autem eo cantu ita ad ſe rediiſſe ut projectis coronis pudore pleni domum redirent: Alii vero ad tibiam Corybantum more inſaniunt. Tantum refert probo an corrupto ſono imbuamur: quare ejus cantus qui nunc obtinet tam vitabundos vos eſſe convenit, quam rei cujuſquam quæ ſit turpiſſima. Jam vero nequis ſuffitus aëri miſceat qui nares mulceant, aut unguentis ſe perfundat, etiam prohibere mihi pudor eſt. Quid jam dicere attinet non quærendas quæ in guſtu aut tactu ſitæ ſunt delicias, aut ut eæ cogant homines circa ſe occupatos tanquam pecudes inſervire ventri & his quæ ſub venere? Breviter, corpus ſpernendum eſt ni quis ejus voluptatibus tanquam

cœno

ἡδοναῖς αὐτοῦ κατορωρύχθαι μέλλοντι, ἢ τοσοῦτον ἀνθεκτέον αὐτοῦ, ὅσον, φησὶ Πλάτων, ὑπηρεσίαν φιλοσοφίᾳ κτωμένους, ἐοικότα που λέγων τῷ Παύλῳ, ὃς παραινεῖ μηδεμίαν χρῆναι τοῦ σώματος πρόνοιαν ἔχειν, εἰς ἐπιθυμιῶν ἀφορμήν.

ιθ'. Ἢ τί διαφέρουσιν οἱ τοῦ μὲν σώματος ὡς ἂν κάλλιστα ἔχοι, φροντίζουσι, τὴν δὲ χρησομένην αὐτῷ ψυχὴν ὡς οὐδενὸς ἀξίαν περιορῶσι, τῶν περὶ τὰ ὄργανα σπουδαζόντων, τῆς δὲ δι' αὐτῶν ἐνεργούσης τέχνης καταμελούντων; πᾶν μὲν οὖν τοὐναντίον κολάζειν αὐτὸ καὶ κατέχειν, ὥσπερ θηρίου τὰς ὁρμάς, προσήκε, καὶ τοὺς ἀπ' αὐτοῦ θορύβους ἐγγινομένους τῇ ψυχῇ οἱονεὶ μάστιγι τῷ λογισμῷ καθικνουμένους κοιμίζειν, ἀλλὰ μὴ πάντα χαλινὸν ἡδονῆς ἀνέντας περιορᾶν τὸν νοῦν, ὥσπερ ἡνίοχον, ὑπὸ δυσηνίων ἵππων ὕβρει φερομένων παρασυρόμενον ἄγεσθαι· καὶ τοῦ Πυθαγόρου μεμνῆσθαι· ὃς τῶν * συνόντων καταμαθών τινα γυμνασίοις τε καὶ σιτίοις ἑαυτὸν εὖ μάλα κατασαρκοῦντα, οὕτως ἔφη· οὐ παύσῃ χαλεπώτερον σεαυτῷ κατασκευάζων

τὸ

cœno cupiat immergi, aut hactenus tantum ei tribuendum quatenus, ait Plato, ad sapientiæ studium inservit: qua in re Paulo convenientia dicit, qui nos monet nullam corporis habere rationem ad cupiditates alendas.

19. Quid enim differunt, qui id quidem satagunt ut corpus quam bellissime se habeat, animum autem negligunt qui corpore uti debet, ab illis qui circa instrumenta multum insumunt operæ, ipsam vero artem quæ per instrumenta exercetur, despiciunt? Contra ergo castigandum est corpus, & tanquam feræ impetus ejus retinendi, & qui inde in animo exoriuntur tumultus, rationis quasi flagelli ictu comprimendi, non vero laxanda voluptati fræna, neque ferendum ut mens velut auriga ab equis effrenibus & regi nescientibus tracta rapiatur. Meminisse oportet illud Pythagoræ, qui conspecto quodam qui exercitiis & sagina corpus pinguefaceret, *Ita,* inquit, *non desines duriorem tibi quotidie*

car-

τὸ δεσμωτήριον; διὸ δὴ καὶ Πλάτωνά φασι τὴν ἐκ σώματος βλάβην προειδόμενον, τὸ νοσῶδες χωρίον τῆς Ἀττικῆς τὴν Ἀκαδημίαν καταλαβεῖν ἐξεπίτηδες, ἵνα τὴν ἄγαν εὐπάθειαν τοῦ σώματος, οἷον ἀμπέλου τὴν εἰς τὰ περιττὰ φορὰν ★ περικόπτῃ. ἐγὼ δὲ ★ καὶ σφαλερὰν εἶναι τὴν ἐπ' ἄκρον εὐεξίαν ἰατρῶν ἤκουσα. ★ ὅτε τοίνυν ἡ ἄγαν αὕτη τοῦ σώματος ἐπιμέλεια αὐτῷ τε ★ ἀλυσιτελὴς τῷ σώματι, καὶ πρὸς τὴν ψυχὴν ἐμπόδιόν ἐστι, τό γε ὑποπεπτωκέναι τούτῳ καὶ θεραπεύειν, μανία σαφής.

κ'. Ἀλλὰ μὴν εἰ τούτου γε ὑπεροραν μελετήσαιμεν, σχολῇ γ' ἂν ἄλλο τι τῶν ἀνθρωπίνων θαυμάσαιμεν. τί γὰρ ἔτι χρησόμεθα πλούτῳ, τὰς διὰ τοῦ σώματος ἡδονὰς ἀτιμάζοντες, ἐγὼ μὲν οὐχ ὁρῶ, πλὴν εἰ μὴ κατὰ τοὺς ἐν τοῖς μύθοις δράκοντας, ἡδονήν τινα φέρει θησαυροῖς κατορωρυγμένοις ἐπαγρυπνεῖν. ὅ γε μὴν ἐλευθερίως πρὸς τὰ τοιαῦτα διακεῖσθαι πεπαιδευμένος, πολλοῦ ἂν δέοι ταπεινόν τι καὶ αἰσχρὸν ἔργῳ ἢ λόγῳ ποτὲ προελέσθαι· τὸ γὰρ τῆς χρείας περιττότερον, κἂν ★ Λύδιον ᾖ ψῆγμα,

carcerem parare? Unde & Platonem narrant, cum ſatis ſciret noxium id corpori, Academiam locum in agro Attico inſaluberrimum legiſſe ſibi de induſtria, ut corporis nimiam proſperitatem, velut vitis luxuriam, amputaret. Ego vero etiam à medicis audivi ſæpe, periculoſam eſſe rem, nimium bonam valetudinem. Quando igitur nimia corporis cura & corpori ipſi nocet, & animo adfert impedimentum, ei ſubjici atque ſervire manifeſta eſt inſania.

20. Quod ſi illud contemtim habere didicimus, neutiquam aliud quicquam rerum humanarum mirabimur. Quid enim opus ſit nobis divitiis qui corporis voluptates aſpernamur, ego quidem non video, niſi ut fabuloſis ſerpentibus ita nobis voluptas ſit defoſſo auro invigilare. At qui didicit magno circa iſta eſſe animo, procul ab eo erit ut turpe aut demiſſum quippiam verbo vel opere deſignet. Nam quicquid uſum excedit, ſit licet Lydorum arena, aut aurum ferentium

ψῆγμα, κἂν τῶν μυρμήκων ★ ἔργων τῶν χρυσοφόρων, τοσούτῳ πλέον ★ ἀτιμάζει, ὅσῳ περ ἂν ἧττον προσδέηται. αὐτὴν δὲ δήπου τὴν χρείαν, τοῖς τῆς φύσεως ἀναγκαίοις, ἀλλ' οὐ ταῖς ἡδοναῖς ὁριεῖται. ὡς οἵ γε τῶν ἀναγκαίων ὅρων ἔξω γινόμενοι, παραπλησίως τοῖς κατὰ τοῦ πρανοῦς φερομένοις πρὸς οὐδὲν στάσιμον ἔχοντες ἀποβῆναι, οὐδαμοῦ τῆς εἰς τὸ πρόσω φορᾶς ἵστανται· ἀλλ' ὅσῳ περ ἂν πλείω περιβάλλωνται, τὸ ἴσου δέονται ἢ καὶ πλείονος πρὸς τὴν τῆς ἐπιθυμίας ἐκπλήρωσιν, κατὰ τὸν Ἐξηκεστίδου Σόλωνα, ὅς φησι·

Πλούτου δ' οὐδὲν τέρμα πεφασμένον ★ ἀνδράσι κεῖται.

τῷ δὲ Θεόγνιδι πρὸς ταῦτα διδασκάλῳ χρηστέον, λέγοντι·

Οὐκ ἔραμαι πλουτεῖν οὔτ' εὔχομαι, ἀλλά μοι εἴη
Ζῆν ἀπὸ τῶν ὀλίγων μηδὲν ἔχοντι κακόν.

ἐγὼ δὲ καὶ Διογένους ἄγαμαι τὴν πάντων ὁμοῦ τῶν ἀνθρωπίνων ὑπεροψίαν. ὅς γε καὶ βασιλέως τοῦ μεγάλου ἑαυτὸν ἀπέφηνε πλουσιώτερον, τῷ ἐλαττόνων, ἢ ἐκεῖνος, κατὰ τὸν βίον προσδεῖσθαι. ἡμῖν δὲ ἄρα εἰ μὴ τὰ Πυθίου τοῦ Μυσοῦ προσείη τάλαντα

τάλαντα

rentium formicarum labor, id ille tanto contemnet magis quanto egebit minus: uſum vero his quæ naturæ ſunt neceſſaria, non voluptatibus definiet. Nam qui ſemel rerum neceſſariarum fines exceſſerunt, tanquam qui per loca præcipitia feruntur, cum nihil firmum inveniant in quo conſiſtant, nunquam deſinunt ultra ferri, ſed quo plura accumulant, tantundem aut amplius etiam eis deeſt ad explendas cupiditates juxta Execeſtidæ filium Solonem, qui ita ait,

Nullus divitiis modus eſt nec finis habendi.

Quare Theognidem in hac parte magiſtrum ſectemur:

Non volo, non opto diteſcere, ſit mihi tantum
Vivere de parvo, nil ſed habere mali.

Ego vero in Diogene admiror omnium ſimul rerum humanarum contemtum, qui & rege tam magno ditiorem ſe oſtendit, eo quod paucioribus quam ille indigeret. At nobis niſi Pythiæ Myſi talenta adſint, & tot terræ

ræ

λαντα καὶ πλέθρα γῆς τόσα καὶ τόσα, καὶ βοσκημάτων ἐσμοὶ πλείους ἢ ἀριθμῆσαι, οὐδὲν ἐξαρκέσει. ἀλλ' οἶμαι προσήκει ἀπόντα τε μὴ ποθεῖν τὸν πλοῦτον, καὶ παρόντος, μὴ τῷ κεκτῆσθαι μᾶλλον φρονεῖν, ἢ τῷ εἰδέναι αὐτὸν εὖ διατίθεσθαι. τὸ γὰρ τοῦ Σωκράτους εὖ ἔχει, ὃς μέγα φρονοῦντος * πλουσίου ἀνδρὸς ἐπὶ τοῖς χρήμασιν, οὐ πρότερον αὐτὸν θαυμάζειν ἔφη, πρὶν ἂν καὶ ὅτι κέχρηνται τούτοις ἐπίσταται πειραθῆναι. ἢ Φειδίας μὲν καὶ Πολύκλειτος εἰ τῷ χρυσίῳ μέγα ἐφρόνουν καὶ τῷ ἐλέφαντι, ὧν ὁ μὲν Ἠλείοις τὸν Δία, ὁ δὲ τὴν Ἥραν Ἀργείοις ἐποιησάτην, καταγελάστω ἂν ἤστην ἀλλοτρίῳ πλούτῳ καλλωπιζόμενοι, ἀφέντες τὴν τέχνην ὑφ' ἧς καὶ ὁ χρυσὸς ἡδίων καὶ τιμιώτερος ἀπεδείχθη.

κα'. * Ἡμεῖς δὲ τὴν ἀνθρωπείαν ἀρετὴν οὐκ ἐξαρκεῖν καθ' ἑαυτὴν πρὸς κόσμον ὑπολαμβάνοντες, ἐλάττονος αἰσχύνης ἄξια ποιεῖν οἰόμεθα; ἀλλὰ δῆτα πλούτου μὲν ὑπεροψόμεθα, καὶ τὰς διὰ τῶν αἰσθήσεων ἡδονὰς ἀτιμάσομεν, κολακείας δὲ καὶ θωπείας διωξόμεθα, καὶ τῆς Ἀρχιλόχου ἀλώπεκος τὸ

κερ-

